

METHODUS LINGUAE LATINAE

SEQUERE ME

VESTIBULUM



GRADUS **A1**

INDEX

GRAMMATICAE

Lectiō I: SALVE!.....1

Lingua Latīna

- Litterae Latīnae
- Praesens verbī esse
- Numerī ab 0 usque ad 101
- Dēmōnstrātīva: hic, haec, hoc
- Interrōgātīva: Quōmodo, Unde, Quot?

Vocābula

- Adiectīva terrae
- Nōmina terrārum
- Officia, munera
- Linguae

Lectiō II: LUDUS ET DOMUS.....17

Lingua Latīna

- Praesentēs quattuor coniugātiōnum
- Nōminātīvus singulāris et plūrālis
- Genus et numerus nōminum et adiectīvōrum
- Interrōgātīva: Ubi, quid, quis?
- Praepotiōnēs accūsātīvī et ablātīvī

Vocābula

- Rēs lūdī et tablinī
- Colōrēs
- Domus: partēs et supellectilēs

Lectiō III: FAMILIA ET VESTIMENTA.....33

Lingua Latīna

- Adiectīva
- Adiectīva et prōnōmina possessīva
- Verba esse, habēre, portāre et induere
- Accūsātīvus singulāris et plūrālis
- Genetīvus singulāris et plūrālis

Vocābula

- Familia
- Vestimenta
- Descriptiō corporis

Lectiō IV: VECTURA ET URBS.....55

Lingua Latīna

- Compārātīvus
- Compārātīvus (magnus, parvus, bonus, malus)
- Verba necesse esse, velle, nōlle, malle + īnfīnītīvus
- Praepositōnēs motūs
- Ablātīvus singulāris et plūrālis

Vocābula

- Vectūrae
- Aedificia māximī momentī oppidī

Lectiō V: QUID COTIDIE AGIS?.....68

Lingua Latīna

- Praesēns īndīcātīvī
- Adverbia et expressiōnēs frequentiae

Vocābula

- Acta quotidiāna et otī
- Partēs diaeī
- Mēnsēs annī
- Diēs septimānae

Lectiō VI: OTIUM ET CORPUS.....85

Lingua Latīna

- Verba placēre, amāre
- Verbum dolēre
- Prōnōmina datīvī
- Adverbia quoque, etiam
- Datīvus singulāris et plūrālis

Vocābula

- Otium
- Cibī
- Partēs corporis

Lectiō VII: CAELI STATUS ET TABERNAE.....107

Lingua Latīna

- Verbum pergere + īnfīnītīvus
- Verba statūs caelī
- Praesentēs
- Prōnōmina datīvī
- Prōnōmina et adiectīva īndefīnīta: aliquis, nemō, ūllus, nūllus
- Prōnōmina et adiectīva dēmōnstrātīva
- Numeri ab 101 usque ad 1000
- Gerundium: ad + -ndum

Vocābula

- Statūs Caelī
- Tempora annī
- Empta
- Tabernae

Lectiō VIII: CONSILIA ET PROPOSITA.....129

Lingua Latīna

- Participium futūrī
- putāre + īnfīnītīvus
- mālle + īnfīnītīvus
- posse + īnfīnītīvus
- dēbēre + īnfīnītīvus
- Gerundīvus
- Negātiō: numquam, nōn umquam; quid dīcis!; bene, bene, nōn...; nōn... neque... neque; minimē!
- Exprimere sententiam: mihi vidētur, mihi; credō...
- Cūr? / quia...

Vocābula

- prīmum
- ex alterā parte
- postrēmō
- tandem
- cēterum
- preatereā
- sed
- tamen

Lectiō IX: QUID HERI EGIMUS?.....138

Lingua Latīna

- Praeteritum Perfectum

Vocābula

- Adverbia temporālia: hodiē, hodiē māne, hodiē vesperī, hōc mēse, hōc annō, aliquandō, numquam, iam, adhūc, nōndum

Lectiō X: IMPERA?!.....146

Lingua Latīna

- Imperātīvus

Vocābula

- Adverbia afirmātīva: ita, sānē; ita, profectō; ita, scilicet; plānē

1.1.

Spectā quōmodo hī hominēs trādantur, quis est quis?



Sē trādere et salūtāre

▶ Salvē! Mihi nōmen est... Et tū? (Quid nōmen tibi est?)

▷ Mihi nōmen est... / Sum...

▶ Quid nōmen eī est?

▷ Eī nōmen est... / Est...

Mihi nōmen est...

Tibi nōmen est...

Eī nōmen est...

Nōbīs nōmina sunt...

Vōbīs nōmina sunt...

Iīs nōmina sunt...

Praesēns

Vocārī

Ego	vocor	Nōs	vocāmur
Tū	vocāris	Vōs	vocāminī
Is / Ea	vocātur	Ī / Eae	vocantur


1.2. Et tū? Quis es? In ternīs gregibus dīcite quī sītis.

- ▶ Salvē! Mihi nōmen est... Ego vocor... Et tū? Quid nōmen tibi est?
- ▷ Mihi nōmen est... / Sum...

LITTERAE LATINAE

2

2.1. Spectā litterās et sonōs eārum.



2.2. Exercē alphabētum.

2.3. Quōmodo dīcitur latīne? Quōmodo scrībitur?

UNDE...?

3

3.1. Spectā nōmina terrārum.



Iūlius: Unde es, domina Fabia?


Fabia: Ex Graeciā sum. Et tū?

Iūlius: Ex Italiā sum.

Cornēlius: Unde es, Aemilia?

Aemilia: Ex Hispāniā sum. Et tū?

Cornēlius: Ex Galliā sum.



Sum ex Aegyptō. / Cyprō
Galliā. / Hispāniā. / Italiā. / Graeciā. / Germāniā.
Luxemburgō. / Marōcō. / Irācō. / Mozambīcō.

3.2.

Loquiminī inter vōs.

Exemplum

Luxemburgō / Galliā

A: Unde es?

B: Ex Luxemburgō sum. Et tū?

A: Ex Galliā sum.



1. Luxemburgō / Galliā

2. Germāniā / Aegyptō

3. Italiā / Marōcō

4. Cyprō / Hispāniā

5. Graeciā / Irācō

6. Mozambīcō / Britannīā

7. Germāniā / Malaviō

8. Daciā / Helvetiā

3.3. Complē tabulam exemplō prīmī versūs.

Italia	Italus Italicus	Itala Italica	Italī Italicī	Italae Italicae
Hispania	Hispanus Hispanicus		Hispanī Hispanicī	
Gallia	Gallus Gallicus			Gallae Gallicae
Britannia		Britanna Britannica		Britannae Britannicae
Germānia	Germānus Germānicus		Germānī Germānicī	
Graecia		Graeca		Graecae
Aegyptus	Aegyptius		Aegyptī	
Crēta	Crētēnsis		Crētēnsēs	
Syria		Syria		Syrae
Sicilia	Siculus			Siculae
Carthāgō		Carthāginiēnsis		Carthāginiēnsēs
Sardinia	Sardus			Sardae

4.1. Cōgnōscisne hōs hominēs? Identificāre hās persōnās.

CIVITAS

Graecus
Thrācius
Italus
Aegyptia

NOMEN

Zeuxis
Cleopatra
Cicerō
Spartacus



MUNUS

Rēgīna
Pictor
Gladiātor
Scrīptor

Exemplum:

Cicerō vocātur.
Italus est.
Scrīptor est.

Praesēns


Esse

Ego
Tū
Is / Ea

sum
es
est

Nōs
Vōs
Iī / Eae

sumus
estis
sunt

4.2. Iunge et scrībe sententiam.

Exemplum: Pygmalion vocātur, scūptor est, Cyprius est.

1.
2.
3.
4.
5.

5.1. Spectā numerōs.

0	nihil	10	decem	20	vīgintī	30	trīgintā
1	ūnus	11	ūndecim	21	vīgintī et ūnus	31	trīgintā et ūnus
2	duo	12	duodecim	22	vīgintī et duo	42	quadrāgintā et duo
3	trēs	13	trēdecim	23	vīgintī et trēs	53	quīnquāgintā et trēs
4	quattuor	14	quattuordecim	24	vīgintī et quattuor	66	sexāgintā et sex
5	quīnque	15	quīndecim	25	vīgintī et quīnque	75	septuāgintā et quīnque
6	sex	16	sēdecim	26	vīgintī et sex	86	octōgintā et sex
7	septem	17	septendecim	27	vīgintī et septem	97	nonāgintā et septem
8	octō	18	duodēvīgintī	28	duodētrīgintā	100	centum
9	novem	19	ūndēvīgintī	29	ūndētrīgintā	101	centum et ūnus

5.2. Lege textum:

DE NUMERIS

Numerōrum quīnque genera sunt. Ūnum genus est eōrum quī ipsum numerum indicant. Huius generis sunt **ūnus, duo, trēs, quattuor, quīnque, sex** et cētera. Hī indicant dē quot rēbus. Numerī cardinālēs appellantur. Paucī ex hīs dēclīnantur; plērique semper idem scrībuntur.

Alterum genus est eōrum qui ōrdinem indicant. Huius generis sunt **prīmus, alter, tertius, quārtus, quīntus, sextus**, et cētera. Hīs indicātur nōn vērū numerus sed dē ōrdine rērum. Numerī ōrdinālēs dīcuntur, quod tantum ōrdinem nōtant.

Tertium genus est eōrum quī singulīs totidem numerō rēs attribuunt. Huius generis sunt **singulī, bīnī, ternī, quaternī, quīnī, sēnī**, et cētera. Hī numerī distribuentēs appellantur.

Quārtum genus est eōrum quī dē duplicandō, dē triplicandō, dē multiplicandō agunt. Huius generis sunt **simplex, duplex, triplex, quadruplex, quīncuplex**, et cētera. Omnēs adhūc numerī nōmina adiectīva sunt.

Quīntum genus est adverbiorū numerālium. Huius generis sunt **semel, bis, ter, quater, quīnquies, sexies**, et cētera. Haec indicant quoties fiat, quoties numerētur, quoties repetātur.

Maximus numerus Latīnus est **mille**. "Mille librī" scrībere licet. Suprā hunc numerum necesse est **duo mīlia librōrum, centum mīlia librōrum, bis centēna mīlia librōrum** scrībere. **Mīlia** nōmen est substantīvum.

5.3. Complē et invenī numerum occultum.

1. $2 + 2 =$

2. $20 - 8 =$

3. $3 + 2 =$

4. $8 - 7 =$


5. $5 + 5 =$

6. $3 \times 2 =$

7. $4 \times 2 =$

8. $12 - 1 =$

9. $99 + 1 =$



5.4. Quid tibi sunt mathēmaticae? Cum condiscipulō tuō computā.

$6 \times 5 =$	$72 : 8 =$	$87 - 60 =$
$4 \times 6 =$	$100 : 4 =$	$100 - 50 =$
$7 + 7 + 12 =$	$5 + 6 + 9 =$	$7 \times 8 =$

5.5. **Discipulus A:** Lege condiscipulō tuō numerōs chartulae tuae. **Discipulus B:** Signā numerōs quōs condiscipulus tuus legit. Quot sunt inaequālēs?

DISCIPULUS A

- | | | | | |
|----|----|----|----|----|
| 25 | 82 | 85 | 98 | 62 |
| 77 | 71 | 55 | 48 | 94 |
| 11 | 43 | 36 | 37 | 16 |
| 32 | 18 | 67 | 59 | 66 |

DISCIPULUS B

- | | | | | |
|----|----|----|----|----|
| 25 | 81 | 85 | 98 | 62 |
| 76 | 71 | 55 | 48 | 94 |
| 12 | 44 | 36 | 37 | 15 |
| 32 | 17 | 68 | 59 | 66 |

5.6. Lūdimus numerīs.

6.1. Iunge quamque sententiam cum imāgine suā.



- Esuriō (famem habeō)
..... ○
- Sitiō (sitim habeō)
..... ○
- Decem annōs habeō!
..... ○



- Aestuō (calōrem habeō)
..... ○
- Duōs bonōs amīcōs habeō
..... ○
- Quadrīgās habeō
..... ○

- Somniōsus sum (somnum habeō)
..... ○

Praesēns

Habēre

Ego habeō
Tū habēs
Is / Ea habet

Nōs habēmus
Vōs habētis
Iī / Eae habent

OFFICIA

7

7.1. Quot officia cōgnōscis?

- | | | |
|------------------------------------|------------------------------------|-----------------------------------|
| <input type="checkbox"/> operārius | <input type="checkbox"/> sartor | <input type="checkbox"/> figulus |
| <input type="checkbox"/> opifex | <input type="checkbox"/> sūtor | <input type="checkbox"/> tōnsor |
| <input type="checkbox"/> faber | <input type="checkbox"/> textor | <input type="checkbox"/> aurifex |
| <input type="checkbox"/> pistor | <input type="checkbox"/> fullō | <input type="checkbox"/> lapiċīda |
| <input type="checkbox"/> vestītor | <input type="checkbox"/> coriārius | <input type="checkbox"/> piscātor |

Praesēns

Labōrāre

Ego labōrō
Tū labōrās
Is / Ea labōrat

Nōs labōrāmus
Vōs labōrātis
Iī / Eae labōrant

7.2. Lūdimus officiīs.

7.3. Loquiminī inter vōs:

Exemplum

medicus / magister

A: Quid est officium tuum?

B: Sum medicus. Et tū?

A: Sum magister.

1. medicus / magister

2. operārius / faber

3. pistor / vestītor

4. sūtor / coriārius

5. tonsor / aurifex

6. lopicīda / piscātor



8.1. Complē tabulam.

	ESSE	VOCĀRĪ	HABĒRE	LABŌRĀRE
Ego	sum			labōrō
Tū			habēs	
Is / Ea		vocātur		
Nōs			habēmus	
Vōs	estis			
Ī / Eae				labōrant

Sē trādere

- ▶ Salvē! Ut Valēs? Sum + nōmen
- ▷ Salvē! (ego) sum + nōmen / libentissimē, pergrātum mihi est tē cōgnōscere.
- ▶ Pariter (libentissimē)

Trādere aliquem

- ▶ Ecce, hic est Mārcus (haec / hī / hae est / sunt + nōmen / nōmina) / tibi trādō dominum Mārcum.
- ▶ Salvē! Sum Claudia / Pergrātum mihi est tē cōgnōscere.
- ▶ Salvē! Ut valēs? / Pariter (libentissimē)

8.2.

Lege:

Salvēte, puerī puellaeque! Vocor Iūlius, Hispānus sum et vīgintī annōs habeō. Sum Valentiā, oppidō pulcherrimō iuxtā mare Mediterrāneum. Sum scholasticus medicīnae in Ūniversitāte Studiōrum Valentiae. Studeō quia medicus esse volō, nam crēdō officium pulcherrimum esse. Etiam studeō linguae Anglicae et linguae Graecae quia hōc modō cum amīcīs meīs loquī possum. Habeō duōs amīcōs Britannōs: John et Paul; iī Londīnī habitant, etiam habeō bonam amīcam Graecam quae Dafne vocātur. Est ex merīdiē Graeciae. Trēs amīcī meī habent vīgintī et duōs annōs et student medicīnae et linguae Latīnae.

Ōsculum et in posterum,

Iūlius

8.3.

Scribe ad condiscipulōs tuōs epistolam:

Salvēte puerī puellaeque!

Vocor _____, sum _____ et habeō
 _____ annōs. Sum _____, oppidō
 _____. Studeō _____. Etiam studeō linguīs quia
 _____ volō.

Ōsculum et in posterum

8.4.

Primum lege, deinde audī et iunge:

- 1 Isis et Osiris •
- 2 Iūlia habet •
- 3 Zenō et Phaedrus •
- 4 Unde... •
- 5 Titus et ego •
- 6 Esne •
- 7 Georgius vocātur, •
- 8 Hī discipulī •
- 9 Theātrum est •
- 10 Habitātisne •

- a Aegyptiī sunt.
- b Petrus est?
- c medicī sumus.
- d Carthāginiēnsis?
- e Graecum
- f 46 annōs
- g magistrī sunt.
- h in media urbe?
- i Hispānus est.
- k Rōmānī sunt.

8.5.

Audī:

1 ▷ Iūlia vocor et Rōmae habitō.
▶ Māiōre vōce, quaesō.

2 ▷ Quōmodo nōmen tuum scrībitur?
▶ I, u, el, i, a

3 ▷ Hispānus sum, Valentīa.
▶ Lentius, quaesō.

4 ▷ Li - ber Hōc modō bene est?
▶ Ita, optimē

5 ▷ Quōmodo vocāris?
▶ Potesne iterāre, quaesō?
▶ Quōmodo vocāris?

6 ▷ Quōmodo dīcitur hola Latīne?
▶ Salvē, salvē dīcitur

1.1.

Hic habes vocabula quae ad ludum pertinent. Quaere res cum condiscipulo tuo et eas numerate.



1. volūmen
2. calamus
3. epistula
4. ātrāmentārium
5. discipulus
6. circinus
7. abacus
8. charta (papȳrus)

9. paedagōgus
10. capsā
11. rēgula
12. tabella cērāta
13. signum (sigillum)
14. mēnsa
15. cathedra (sella)
16. thēca calamāria

17. bibliothēca
18. magister
19. liber (cōdex)
20. stilus

1.2. Laqueō interemptus.

PRAESENS

2

2.1. Scībe vocābula rēcta sub imāginibus.

Scībere • iacere • bibere • audīre • dēlere • spectāre • intrōdūcere • quaerere •
aperīre • legere • loquī • complēre • intellegere



1. 3. 5. 7. 9.
2. 4. 6. 8. 10.

2.2.

Nunc scribe verba in tabulīs secundum terminātiōnem.

-āre / -ārī

-ēre / -ērī

-ere / -ī

-īre / -īrī

2.3.

Complē tabulam. Tibi damus omnēs fōrmās.

legō • loqueris • legit • loquiminī • legunt • aperit • loquitur • aperīmus • aperītis

	LOQUĪ	LEGERE	APERĪRE
Ego	loquor		aperiō
Tū		legis	aperīs
Is / Ea			
Nōs	loquimur	legimus	
Vōs		legitis	
Ī / Eae	loquuntur		aperiunt


2.4.

Iunge verba exercitiī 2.2. cum vocābulīs exercitiī 1.1. et sententiās scrībe.
Exemplum: Scrībere + calamus: Calamus bene scrībit.

1. _____
2. _____
3. _____
4. _____
5. _____
6. _____
7. _____
8. _____
9. _____
10. _____

2.5.

Iunge verba cum imāginibus:



- 1 Quīntus musicam audit.
- 2 Exercitia legitis.
- 3 Omnēs ūnā loquimur.
- 4 Magistrum interrogō.
- 5 Discipulī in librō scrībunt.
- 6 Lūdimus.
- 7 Cum condiscipulō tuō labōrās.
- 8 Grammaticam discitis.

Nōminātīvus subiectum et atribūtum exprimit:

• Vocābula masculīna et fēminīna

Singulārīter

Plūrālīter

-A ----->	-AE (<i>īnsula~īnsulae</i>)
-US/-ER/-IR ----->	-Ī (<i>servus~servī, ager~agrī, vir~virī</i>)
-Cōnsonāns/-IS/-ĒS ----->	-ĒS (<i>pāstor~pastōrēs, ovis~ovēs, rēs~rēs</i>)
-US ----->	-ŪS (<i>domus~domūs</i>)

• Vocābula neutra

Singulārīter

Plūrālīter

-UM/-Cōnsonāns ----->	-A (<i>templum~templa, nōmen~nōmina</i>)
-E/-AL/-AR ----->	-IA (<i>mare~maria, animal~animalia</i>)
-Ū ----->	-UA (<i>genū~genua</i>)

3.1.

Invenī genus et mūtā numerum hōrum vocābulōrum (masculīnum, fēminīnum, neutrum):

rēs	diēs	vir
animus	hostis	causa
canis	vīta	mare
genū	pāstor	domus
deus	animal	manus
arbor	oppidum	mālum

3.1.

Iunge vocābula:

- 1 Liber
- 2 Mēnsa
- 3 Calamī
- 4 Tabulae

- a rubra
- b nigrī
- c ruber
- d nigrae

3.2.

Lege:

Mare caeruleum est.



Arborēs viridēs sunt.



Nūbēs albae sunt.



Labra rubra sunt.



Citrea flāva sunt.




Nox nigra est.



Fūmus canus est.



3.3. Cuius colōris sunt hae rēs?



Exemplum: Caelum caeruleum est.

1.

2.



3.

4.

5.

3.4. Videō, videō, parvulam rem colōris, colōris...

- 1 Gossypium •
- 2 Sanguis •
- 3 Aqua •
- 4 Corvus •
- 5 Lignum •
- 6 Pirum •
- 7 Caelum •
- 8 Scaurus •
- 9 Lac •
- 10 Cerasum •

- a rub
- b alb
- c fusc
- d nig
- e viride
- f caerule
- g translūcid

3.5. Lege textum et respondē:**DE COLORIBUS**

Rosa est rosea. Etiam caelum, vespere, est roseum.

Herba est viridis folia arborum sunt viridia.

Caelum serēnum est caeruleum; mare quiētum est glaucum.

Sanguis est ruber; papāver quoque est rubrum; labra hominis rubra sunt.

Cītreum est gilvum; aurum est flāvum, leō est fulvus; quīdam puerī sunt rūfī.

Nix est alba; dentēs sunt albī; lac quoque album est; libellōrum pāginae albae sunt.

Lapis tabulae est niger; nox est nigra; pūpulae oculōrum sunt nigrae.

Vexillum italicum est rubrum, album, viride.

1. Quō colōre sunt rosae? Quō colōre est caelum vespere?

2. Dīc mihi quaedam viridia.

3. Dīc mihi nōmina quaedam rerum caeruleārum.

4. Quid est in corpore hominis rubrum?

5. Quod metallum est flavum? Quod album?

6. Quās rēs apud tē albās vidēs?

7. Quid vidēs circum tē nigrum?

8. Quibus colōribus est vexillum italicum? Et vexillum terrae tuae?

	masculīnum	Fēminīnum	Neutrum
Singularis	Liber niger	Sella nigra	Baculum nigrum
	Liber magnus	Sella magna	Baculum magnum
	Liber viridis	Sella viridis	Baculum viride
Plūrālis	Librī nigrī	Sellae nigrae	Bacula nigra
	Librī magnī	Sellae magnae	Bacula magna
	Librī viridēs	Sellae viridēs	Bacula viridia

3.6.

Complē vocābulīs tabulae:

nigra • altus • rubrae • magna • rārus • antīquōs • sevērus

In lūdō mēnsa (1) magistrō est. Sellae (2), tabula (3) et charta orbis terrārum sunt. In lūdō septemdecim discipulī sunt. Discipulī nunc in lūdō nōn sunt, quia septima hōra est. Vir (4), (5) et (6) lūdum intrat. Vir anxius est. Aliquid quaerit. Librōs (7) ex bibliothēcā sūmit et celeriter exit.

UBI HABITAS?








4


Interrogāre et dīcere domicilium:

- Ubi + habitāre?
- Habitāre in ... -ā / -ō (Nōmina cīvitātis) -ae / -ī / -īs


CLAUDIA ET CAPSA
UBI EST CLAUDIA?

5


Claudia **ante** capsam est.Claudia **post** capsam est.Claudia **in** capsā est.Claudia **sub** capsā est.Claudia **prope** capsam est.Claudia **procul** a capsā est.Claudia **intrā** capsam est.Claudia **extrā** capsam est.Claudia **iūxtā** capsam est.



Claudia **inter** capsās est.




Claudia **ā sinistra** est.



Claudia **ā dextra** est.

5.1. Complē litterīs quae dēsunt:




P						Ā
---	--	--	--	--	--	---




	N	T		
--	---	---	--	--



E			R	
---	--	--	---	--



		S	I				R
--	--	---	---	--	--	--	---



		D	X		
--	--	---	---	--	--



	N	T	
--	---	---	--



A		
---	--	--



			T
--	--	--	---



		B
--	--	---



I	
---	--



I			T	
---	--	--	---	--




P				E
---	--	--	--	---

5.2.

Collocā rēs in imāgine.

Exemplum: Capsa in mēnsā est.

bibliothēca • librī • sella • ātrāmentārium • lucerna • volūmen • tabella • stilus •
mēnsa scrīptōria



5.3. Lege:

Cārissimum conclāve meum tablīnum est. Amplum et luminōsum conclāve est. Mēnsam magnam ligneam habeō. Fenestra ā dextrā mēnsae est. In mēnsā multae rēs semper sunt: chartae, calamī, tabellae, librī. Volūmina in capsā semper sunt. Lucerna in principī locō est, ā sinistrā mēnsae. Iūxtā lucernam bibliothēca est et prope bibliothēcam, exactē inter bibliothēcam et iānuam, planta viridis et ingēns est.

5.4. Cum discipulō tuō dēlineā dēlineāmentum tablīnī.**5.5.** Cum condiscipulō tuō, scrībe quīnque rēs quae in lūdō sunt et quīnque quae nōn sunt. *Exemplum:* In lūdō librī sunt, sed canēs nōn sunt.**5.6.** Nunc, scrībe ubi sint rēs quae in lūdō sunt.
Exemplum: Librī in mēnsā sunt.



6.1.

Ecce quattuor conclavia domūs. Indicā quod conclāve culīna, triclinium, cubiculum et lātrīna sit.



6.2.

Collocā cum condiscipulō tuō supellectilēs in conclāvibus.

mēnsa • scamnum • sella • subsellium • torus • lectus • pulvīnus • cubīle • cūnae •
 patera • vās • pōculum • amphora • speculum

Triclīnium	Culīna	Cubiculum	Tablīnum

6.3.

In mente finge rem quae in conclāvibus dēlineamentōrum est. Condiscipulī tuī te interrogant. Tantum potes respondēre ita aut nōn.

Exemplum: ▷ Estne in cubiculō?

- ▶ Ita
- ▷ Estne iuxta cubīle?
- ▶ Nōn

QUALIS EST...?

1

1.1. Lege:

*Apollō vocātur. Iuuenis, altus,
tenuis et pulcher est. Apollō
clārōs et magnōs oculos habet.
Capillum brevem habet.
Iucundus, simplex et grātus est.*



1.2. Subdēlineā verba textūs.

1.3. Complē tabulam:

Est	Habet
<i>Iuuenis est.</i>	<i>Oculōs clārōs habet.</i>


1.4. Iunge:

- 1 Altus est •
- 2 Calvus est •
- 3 Crassus est •
- 4 Iuvenis est •

- a Capillum nōn habet.
- b 112 bilibrās pendit.
- c 18 annōs habet.
- d 7 pedēs mētūtur.

1.5. Complē vocābulīs:

calvus • fortēs • altae • fusca • iuvenēs • flāvus • crassī



1.



2.



3.



4.



5.



6.

7.

1.6.

Quid significant haec vocābula?

1. iūcundus # molestus
2. tranquillus # ānxius
3. tacitus # loquax
4. stultus # prūdēns

5. taediōsus # idōneus
6. sevērus # rīdiculus
7. piger # industrius

1.7.

Lege:



1. *Juppiter barbam habet.*
2. *Mārs mystācem habet.*
3. *Apollō viridēs oculōs habet.*
4. *Diāna capillum lēvem habet.*
5. *Mercurius capillum brevem habet.*

1.8.

Putā dē aliquō condiscipulō tuō et dīc quālis sit, dīcere nōmen nōn licet.
Condiscipulī tuī quis sit invenīre dēbent.

Est:	Est:	Habet oculōs:	Habet capillum:
<input type="checkbox"/> Fuscus	<input type="checkbox"/> Iūcundus	<input type="checkbox"/> Obscūrōs	<input type="checkbox"/> Lēvem
<input type="checkbox"/> Fortis	<input type="checkbox"/> Sevērus	<input type="checkbox"/> Viridēs	<input type="checkbox"/> Crispum
<input type="checkbox"/> Altus	<input type="checkbox"/> Loquax	<input type="checkbox"/> Magnōs	<input type="checkbox"/> Longum
<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>

ACCUSATIVUS

2

Accūsātīvus obiectum verbō habēre exprimit et ad praepositiōnēs (ante, post, prope, intrā, extrā, iūxta et inter) adiungitur:

Vocābula masculīna

	<u>Sing.</u>	<u>Plūr.</u>
-US/-ER/-IR (-Ī) ———>	-UM	-ŌS
-Ø/-IS (-ĒS) ———>	-EM	-ĒS
-US (-ŪS) ———>	-UM	-ŪS

Vocābula fēminīna

	<u>Sing.</u>	<u>Plūr.</u>
-A (-AE) ———>	-AM	-ĀS
-Ø/-IS/-ĒS (-ĒS) ———>	-EM	-ĒS

Vocābula neutra

	<u>Sing.</u>	<u>Plūr.</u>
-UM/-Ø (-A) ———>	-UM/-Ø	-A
-E/-AL/-AR (-IA) ———>	-E/-AL/-AR	-IA

2.1.

Scribe genus et accusativum singularem et pluralem horum vocabulorum:

senatus, senatus _____ signum, signa _____

ignis, ignes _____ via, viae _____

oculus, oculi _____ vitium, vitia _____

cura, curae _____ honor, honores _____

copia, copiae _____ poena, poenae _____

filius, filii _____ fama, famae _____

iniuria, iniuriae _____ equus, equi _____

fatum, fata _____ vultus, vultus _____

gratia, gratiae _____ proelium, proelia _____

FAMILIA

3

3.1.


Memorasne Apollinem? Haec familia eius est.



Familia deōrum magna est. Gea est **māter** et Ūranus est **pater** Sāturnī. Gea et Ūranus **coniugēs** sunt et multōs **filiōs** habent inter eōs Tītānī et Cyclōpēs. **Uxor** Sāturnī est Rēa. Venus tantum **filia** Ūranī est. Sāturnus et Rēa trēs **filiās** et trēs **filiōs** habent. **Filiae** Sāturnī et Rēae sunt Iūnō, Cerēs et Vesta. **Frātrēs** Iūnōnis, Ceris et Vestae sunt Iuppiter, Neptūnus et Plūtō. Iuppiter quoque **marītus** Iūnōnis est sed multōs **liberōs** cum aliīs fēminīs habet. **Filiī** Iovis sunt Mārs, Vulcānus, Apollō, Mercurius et Bacchus. Minerva et Diāna sunt **sorōrēs** Martis, Vulcānī, Apollinis, Mercuriī et Bacchī. Ita Mārs, Vulcānus, Apollō, Mercurius et Bacchus sunt **nepōtēs** Sāturnī et Rēae. Et Minerva et Diāna sunt **neptēs** Sāturnī et Rēae. Gea est **avia** et Ūranus est **avus** Iovis, Neptūnī, Plūtōnis, Iūnōnis, Ceris et Vestae. Neptūnus est **patruus** et Vesta est **amīta** Apollinis et Diānae. Tetis est **soror** et Brontes est **frāter** Rēae. Ita Tetis est **mātertera** et Brontes est **avunculus** Iovis.

3.2.

Cum condiscipulō tuō complē familiam deōrum:



3.3.

Lege textum et respondē:

DE FAMILIARIBUS, CONSANGUINEIS, ADFINIBUS

Pater quoque et māter habent parentēs, frātrēs et sorōrēs.

Pater patris est avus paternus.

Māter patris est avia paterna.

Pater mātris est avus māternus.

Māter mātris est avia māterna.

Frāter patris est patruus.

Soror patris est amita.

Frāter mātris est avunculus.

Soror mātris est mātertera.

Fīlii patruī vocantur patruēlēs.

Fīlius fīlii vel fīliae est nepōs.

Fīlia fīlii vel fīliae est neptis.

Pater marītī vel uxōris est socer.

Māter marītī vel uxōris est socrus.

Marītus fīliae est gener.

Uxor fīlii est nurus.

Omnēs quī genere coniuncti sunt vocantur cōnsanguineī vel cognātī.

Adfinēs vērō vocantur quī, per coniugia, nōbīscum coniuncti aliquō vinculo sunt.

Exemplī grātiā: patruēlēs sunt cōnsanguineī; socer et gener sunt adfinēs.

1. Quis est avus paternus? Quae est avia paterna? Quis est avus māternus? Quae est avia māterna?

2. Quī sunt patruēlēs?

3. Quis est nepōs? Quae est neptis?

4. Quis est socer? Quae est socrus?

5. Quis est gener? Quae est nurus?

6. Quī sunt cōsanguineī? Quā aliā vōce nōminantur? Quī sunt adfinēs?

7. Quōmodo vocātur avus tuus paternus? Quōmodo māternus? Quōmodo avia paterna?
Quōmodo māterna?

8. Quot patruī tibi sunt? Quot amitae? Quot avunculī? Quot māterterae?

3.4.

Quis est? Familiā deōrum lūdēmus.

GENETIVUS

4

Genetivus possessiōnem exprimit:

Vocābula masculīna

	<u>Sing.</u>	<u>Plūr.</u>
-US / -ER / -IR (-Ī)	→ -Ī	-ŌRUM
-Ø (-ĒS)	→ -IS	-UM
-IS (-ĒS)	→ -IS	-IUM
-US (-ŪS)	→ -ŪS	-UUM

Vocābula fēminīna

	<u>Sing.</u>	<u>Plūr.</u>
-A (-AE)	→ -AE	-ĀRUM
-Ø (-ĒS)	→ -IS	-UM
-IS (-ĒS)	→ -IS	-IUM
-ĒS (-ĒS)	→ -EĪ	-ĒRUM

Vocābula neutra

	<u>Sing.</u>	<u>Plūr.</u>
-UM (-A)	→ -Ī	-ŌRUM
-Ø (-A)	→ -IS	-UM
-E / -AL / -AR (-IA)	→ -IS	-IUM

4.1. Scribe genus et genetiŕvum singulārem et plūrālem hōrum vocābulōrum:

numerus, numerī _____ ingenium, ingenia _____

tēlum, tēla _____ glōria, glōriae _____

cāsus, cāsūs _____ ferrum, ferra _____

puer, puerī _____ nāvis, nāvēs _____

aqua, aquae _____ silva, silvae _____

lēgātus, lēgātī _____ impetus, impetūs _____

ager, agrī _____ aciēs, aciēs _____

studium, studia _____ fuga, fugae _____

ūsus, ūsūs _____ pecūnia, pecūniae _____

FAMILIA MEA, FAMILIA TUA, FAMILIA SUA... POSSESSIVI

5

5.1. Lege attentē:

Familia **mea**,
petasus **meus**, librī
meī, rēs **meae**...

Familia **mea** est familia
tua, clavēs **meae** sunt
clavēs **tuae**, calamus
meus est calamus **tuus**,
sommī **meī** sunt sommī
tuī...

Familia **mea** est
familia **vestra**, rēs
meae sunt rēs **vestrae**,
amīcī **meī** sunt amīcī
vestrī...



SESE DILIGENS



AMORE CAPTUS



ADIUTRIX

5.2.

Complē tabulam:

Adiectīva possessīva

Est**Masculīnum (-US)**

Liber tuus

Liber suus / eius

Liber noster

Liber suus / eius

Fēmenīnum (-A)

Domus mea

Domus sua / eius

Domus vestra

Domus sua / eius

Neutrum (-UM)

Oppidum meum

Oppidum tuum

Oppidum nostrum

Oppidum vestrum

Sunt**Masculīnum (-US)**

Librī tuī

Librī suī / eius

Librī nostrī

Librī suī / eius

Fēmenīnum (-A)

Domūs meae

Domūs suae / eius

Domūs vestrae

Domūs suae / eius

Neutrum (-UM)

Oppida mea

Oppida tua

Oppida nostra

Oppida vestra

5.3.

Complē accūsātīvō:

Habeō**Masculīnum (-US)**

Librum tuum

Librum suum / eius

Librum nostrum

Librum suum / eius

Fēmenīnum (-A)

Domum meam

Domum suam / eius

Domum vestram

Domum suam / eius

Neutrum (-UM)

Oppidum meum

Oppidum tuum

Oppidum nostrum

Oppidum vestrum

Habeō**Masculīnum (-US)**

Librōs tuōs

Librōs suōs / eius

Librōs nostrōs

Librōs suōs / eius

Fēmenīnum (-A)

Domūs meas

Domūs suas / eius

Domūs vestrās

Domūs suās / eius

Neutrum (-UM)

Oppida mea

Oppida tua

Oppida nostra

Oppida vestra

5.4. Lege textum et respondē:**DE PARENTIBUS**

Familia parentēs, liberōs, servōs et ancillās complectitur.
Parentēs sunt pater et māter. Parentēs inter sē sunt coniugēs,
certē marītus et uxor.

Paterfamiliās est p̄nceps et caput tōtius familiae.
Ille labōre suō pecūniam lucrātur ad paranda omnia necessāria
omnibus quī in familiā suā sunt.

Pater māne domō exit, ad opus suum it, nec labōri parcit, nam
cāritās familiae suae illī virēs dat ad ferendum labōrem.

Māximum praemium labōris eius est ōsculum quod liberī eī
dōnant, cum, fessus labōre, domum redit.

Māximam dīlēctiōnem māximamque venerātiōnem ergā
patrem habet bonus puer.

Māterfamiliās tōtō diē domī manet, filiīs et filiābus et servīs et
ancillīs invigilat, omnia necessāria parat et fidēliter dispensat p̄
cuiusque necessitāte.

Cum puer aegrōtus est, māter anxia ad lectulum eius vigilat,
illī medicāmenta ministrat, suāvibus adloquīs illum solātur.

Nihil dulcius est quam mātris ōsculum et amplexus.

Quīdam puerī mātri p̄rere nōlunt, et insuāves sunt ergā eam.
Aliquandō eōs paenitēbit.

1. Quōs complectitur familia?

2. Quī sunt parentēs? Quōmodo vocātur pater tuus? Quōmodo vocātur māter tua?

3. Quid sunt parentēs inter sē?

4. Quis est paterfamiliās?

5. Quid agit paterfamiliās?

6. Quid lucrātur? Ad quid eam lucrātur?

7. Quid agit pater māne? Quid agit tōtō diē? Quid dat illī virēs ad labōrem ferendum?

8. Quod est māximum praemium patris?

9. Quid habet bonus puer ergā patrem?

10. Quid agit māterfamiliās? Ubi manet tōtā diē?

11. Quibus invigilat? Quid parat? Quid dispensat?

12. Cum puer aegrōtus est, quid agit māter? Quid ei ministrat? Quōmodo eum solātur?

13. Quāle est mātris ōsculum et amplexus?

14. Quōmodo sunt quīdam puerī ergā mātrem suam? Quid iīs aliquandō accidet?

5.5.

Antequam legis, respondē haec interrogāta. Postea, lege textum et prōbā respōnsa tua:

Antequam legis		Postquam legis
1.	Quōmodō vocantur parentēs Diānae?	1.
2.	Ubi habitat familia Diānae?	2.
3.	Quālis est Iuppiter?	3.
4.	Quālis est Latōna?	4.
5.	Quis est frater Diānae?	5.
6.	Quae sunt symbola Diānae?	6.

5.6.

Lege:



Pater meus Iuppiter vocātur et māter mea Latōna est. Frāter meus gemellus est Apollō. Mihi nōmen est Diāna. Quattuor in Olympō habitāmus. Pater meus est fortis et rēx deōrum et māter mea valdē bona est. Frāter meus, Apollō, est deus sōlis, mūsicae, pulchritūdinis masculīnae et prophētia. Symbola eius sunt laurus, lyra, arcus et sagittae. Ego sum dea silvārum et vēnātiōnis et Lūnae. Symbola mea sunt arcus, sagittae, cervī et canēs.

5.7.

Fāc idem et scrībe dē familiā tuā aut dē familiā cuiusdam deī vel deae.

5.8.

Lege textum et respondē:

DE LIBERIS ET SERVIS ET ANCILLIS

Liberī sunt filiī et filiae.

Hī sunt inter sē frātrēs et sorōrēs.

In quibusdam familiīs multī liberī sunt: multī filiī et multae filiae; in quibusdam vērō paucī; nōnnumquam vērō etiam ūnus vel ūna est.

Cum complūrēs liberī in familiā sunt, convenit dīligere inter sē, et numquam rixārī.

Puerī libenter lūdunt, vel pilā vel trocho vel parvīs equīs ligneīs.

Puellae libentius pūpulīs iocantur; eās māne vestiunt, eās deambulātum dūcunt, eās serō in lectulō dēpōnunt, quasi māterculae eārum sint.

Frātrēs nōnnumquam sorōrēs dērīdent, nam puerī saepe paulum insuāvēs sunt; tunc sorōrēs flent et rem dēferunt ad mātrem, nam puellae plerumque ad flētum prōclīvēs sunt.

Servī et ancillae pretiō operam suam locant et officia et mānsiōnēs familiae explent.

Cum servīs et ancillīs comitēs esse convenit, neque cum eīs superbē sē gerere; nam servī et ancillae quoque sunt hominēs, et idem frātrēs nostrī.

1. Quī sunt liberī?

2. Liberī inter sē quid sunt?

3. Quot liberī sunt in familiā tuā? Quot filiī? Quot filiae?

4. Cum complūrēs liberī in familiā sunt, quid convenit?

5. Quid faciunt libenter puerī? Quibus lūdunt?

6. Quibus lūdunt puellae? Quid faciunt cum pūpulis suis?

7. Quid faciunt nōnumquam puerī puellis?

8. Quōmodo sunt saepe puerī? Quōmodo puellae?


9. Quī sunt servī et ancillae? Quid agunt? Quid accipiunt prō officiīs quae explent in familiā?

10. Quōmodo esse debemus cum servīs et ancillīs? Quid sumus et servī et ancillae et nōs? Quī ergō sumus inter nōs?

6.1.

Scribe vocābula in tabulā rēctā:

- armilla • tunica • petasus • toga • pallium • cingulus • calceus • pilleus •
- ōrnāmentum • torquis • ānulus • vēlum



Prōnōmina possessīva

Singularis

meus, mea, meum

tuus, tua, tuum

suus, sua, suum

Plūrālis

noster, nostra, nostrum

vester, vestra, vestrum

- Prōnōmina-adiectīva possessīva ut nōmina quae dēsinent in -us, -a, -um dēclīnantur.
- Cum possessor nōn est subiectum idem sententiae, *suus* substituitur prō genētīvō prōnōminis dēmōnstrātīvī *is, ea, id*: **eius; eōrum, eārum.**

Cum dē possessōre interrogāre volumus, dīcimus

▶ Cuius est hoc?

Et respōnsum est possessīvō.

▷ Meus est.

Vel genētīvō cum loquimur dē eō, eā, eō, iīs, iīs, iīs

▷ Sextī est.

6.2.

Cuius est? Interrogā condiscipulum tuum dē possessōre eārum rērum.

Exemplum: ► Cuius est vēlum?

▷ Tuus est.

DISCIPULUS A



Tū



Condiscipulus tuus



Puella



Iūlius

DISCIPULUS B



Tū



Nōs



Mārcus et Titus



1. incommodus ≠ commodus
2. brevis ≠ longus

3. parvus ≠ magnus
4. lātus ≠ angustus

6.3.

Interrogā condiscipulum tuum dē colōribus vestīmentōrum tuōrum. Is imāginēs habet. Utere *Cuius colōris est...*?

DISCIPULUS A

	Color
1. Pallium	
2. Cingulus	
3. Pilleus	
4. Calceus	
5. Tunica	
6. Petasus	



DISCIPULUS B

	Color
1. Ōrnāmentum	
2. Ānulus	
3. Armilla	
4. Toga	
5. Torquis	
6. Vēlum	



6.4.

Nōtā respōnsum rēctum:

Circulus vel ānulus ex aurō, argentō, vel aliā māteriā, quō bracchia virōrum et mulierum ōnantur.

- A Ānulus
- B Armilla
- C Cingulus

Vestis interior cui toga superinduitur.

- A Tunica
- B Toga
- C Pallium

Est signum libertātis, portātur ā novīs libertīs quī capillum radunt.

- A Calceus
- B Pallium
- C Pilleus

Vestis omnium Rōmānōrum commūnis.

- A Toga
- B Petasus
- C Tunica

Mercurius cum ālīs in capite portat.

- A Vēlum
- B Ōrnāmentum
- C Petasus

Cum dēscribere hominēs volumus, ūtimur verbō **esse** et **habēre**.

Cum dēscribere vestīmenta hominum volumus, ūtimur verbō **induere** et **gerere**.

VEHICULA

1

1.1.

Iunge nōmina cum imāginibus:

- lectīca ●
- currus ●
- carpentum ●
- quadrīgae ●
- nāvis ●
- nāvicula ●
- trirēmis ●



Īre

Īre est verbum irrēgulāre

Ego **eō**
 Tū **īs**
 Is / Ea **it**

Nōs **īmus**
 Vōs **ītis**
 Iī / Eae **eunt**

venīre

Ego **veniō**
 Tū **venīs**
 Is / Ea **venit**

Nōs **venīmus**
 Vōs **venītis**
 Iī / Eae **veniunt**

- Ductus exprimitur:

- Unde? = **a/ab / ē/ex**+ ablātīvus; (Nōmina cīvitātis) sine praepositionē.

Ab oppidō venīmus / **Ex** oppidō venīmus
Rōmā veniō

- Ubi? = **in** + ablātīvus; (Nōmina cīvitātis) locātīvus.

In oppidō sumus
Rōmae sum

- Quō? = **ad / in** + accūsātīvus; (Nōmina cīvitātis) sine praepositionē.

Ad oppidum īmus / **In** oppidum īmus
Rōmam eō

- Vehiculum exprimitur **ablātīvō**:

lectīcā eō
nāve eō
equō eō
pedibus eō

Ablātīvus complementa circumstantialia exprimit et ad praepositionēs (in, sub, procul ā, ā/ab) adiungitur:

Vocābula masculīna

	<u>Sing.</u>	<u>Plūr.</u>
-US/-ER/-IR (-Ī) ———>	-Ō	-ĪS
-Ø/-IS (-ĒS) ———>	-E	-IBUS
-US (-ŪS) ———>	-Ū	-IBUS

Vocābula fēminīna

	<u>Sing.</u>	<u>Plūr.</u>
-A (-AE) ———>	-Ā	-ĪS
-Ø/-IS (-ĒS) ———>	-E	-IBUS
-ĒS (-ĒS) ———>	-Ē	-ĒBUS

Vocābula neutra

	<u>Sing.</u>	<u>Plūr.</u>
-UM (-A) ———>	-Ō	-ĪS
-Ø (-A) ———>	-E	-IBUS
-E/-AL/-AR (-IA) ———>	-Ī	-IBUS

2.1.

Scrībe genus et ablātīvum singulārem et plūrālem hōrum vocābulōrum:

cāsus, cāsūs _____	ordō, ordinēs _____
cīvis, cīvēs _____	unda, undae _____
sōl, sōlēs _____	animal, animālia _____
iuvenis, iuvenēs _____	lītus, lītora _____
spatium, spatia _____	patria, patriae _____

lūx, lūcēs _____

aurum, aura _____

servus, servī _____

victor, victōrēs _____

carmen, carmina _____

cursus, cursūs _____

turba, turbae _____

exemplum, exempla _____

2.2.

Complē verbō īre et cāsū aptō:

1. Pater meus et ego (lectīca, lectīcae).
2. Mārcus semper (pēs, pedēs).
3. Cum in praediō sum, (equus, equī).
4. Quōmodo vōs (Rōma)?
(carpentum, carpenta), (currus, currūs) an
(quadrīgae)?
5. Quō tū? in (vīlla, vīllae)?

2.3.

Aspice indicem adiectīvōrum et ea collocā in tabulā aptā.

- | | | |
|----------------|---------------|----------------|
| • celer | • perīculōsus | • tūtus |
| • lentus | • iūcundus | • commodus |
| • mundus | • molestus | • parvī pretiī |
| • magnī pretiī | • idōneus | • sordidus |

BONA

MALA

2.4. Loquere cum condiscipulō tuō dē bonīs et malīs vehiculōrum.

Exemplum: *Nāvis munda est, sed valdē periculōsa est.*

COMPARATIO

3

3.1. Lege:

Ego iter facere equō mālō quam nāve quia tūtius est. Iter facere equō lentius est quam nāve, sed necesse est mihi iter facere nāve quia patria mea longissimē est.



Comparātīvus

Comparātīvī regulārēs

- **magis** + adiectīvum + **quam**; (sine quam) + **ablātīvus**:

Iter facere equō **magis** celere est **quam** pedibus.

- adiectīvum inclīnāmentō **-ior** masculīnō et fēmininō et **-ius** neutrō + **quam**:

Iter facere equō **celerius** est **quam** pedibus.

- **minus** + adiectīvum + **quam**; (sine quam) + **ablātīvus**:

Īre lectīca **minus** perīculōsum est **quam** nāve.

- **tam** + adiectīvum + **quam**; (sine quam) + **ablātīvus**:

Soror mea **tam** alta est **quam** soror tua.

Comparātīvī irregulārēs

- **bonus, -a, -um:**
melior / melius + quam
- **malus, -a, -um:**
pēior / pēius + quam
- **magnus, -a, -um:**
māior / māius + quam
- **parvus, -a, -um:**
minor / minus + quam

3.2.

Comparā vehicula:

Exemplum: Iter facere equō magis celere est quam pedibus.

Īre
VenĪre
Iter facere

+ abl.

• lectīca
• currus
• carpentum
• quadrīgae
• nāvis
• nāvicula
• trirēmī

est

• magis... quam
• minus... quam
• tam... quam

• magnī pretiī
• perīculōsum
• celere
• iūcundum
• parvī pretiī

• molestum
• idōneum
• tūtum
• commodum
• lentum

3.3.

Nunc nārrā condiscipulō tuō dē vehiculō quod māvis et cūr.

Exemplum: *Iter facere ... mālō quia...*

Nāvem / equum mālō quia...

EXPRIMERE NECESSITATES ET UTILITATES

4

Necesse esse

mihi necesse est
tibi necesse est
eī necesse est
nōbīs necesse est
vōbīs necesse est
iīs necesse est

- necesse esse + **īnfīnītīvus**:

Mihi necesse est in vīllam īre.

- necesse esse + **nōmen**:

Mihi necesse est rosa.

Velle

volō
vīs
vult
volumus
vultis
volunt

- velle + **īnfīnītīvus**:

Emere domum volō.

- velle + **nōmen**:

Rosam volō.

Nōlle

nōlō
nōn vīs
nōn vult
nōlumus
nōn vultis
nōlunt

- mālle + **īnfīnītīvus**:

Ēsse piscem mālō.

- mālle + **nōmen**:

Piscem mālō.

Mālle

mālō
māvīs
māvult
mālumus
māvultis
mālunt

ALIQUID AMPLIUS DE VECTURA

5

5.1.

Lege textum et interrogā id quod nōn intellegis.

(1) Rōma antīqua omnia praeter tranquillam est. Magna cōpia incolārum, quam magna urbs habet, strepitū et tumultū viās implet. Et nōn solum cīvēs quī ambulant dum loquuntur inter sē, sed etiam magna multitudō vehiculōrum variīs generibus quī per viās versantur et primās difficultātēs trānsitūs historiae instituunt.

(2) Per viās Rōmae lectīcae vidērī possunt. Vehiculum cārissimum Rōmānōrum pecūniōsōrum est. Lectīcae ā servīs portantur et servī clāmant: "date locum dominō meō!". Sī clāmōrēs satis nōn sunt et turba sē nōn removet, pulsant et pugnīs impellunt.

(3) Quamquam currūs animālium per viās prīncipēs māne versārī nōn possunt, tamen perturbātiō trānsitūs Rōmae perpetua est. Praetereā mōtus magnōrum curruum nocte magnum strepitum facit.

Dīc ad quem paragraphum pertinet quaeque explānātiō:




Dominī trānsitum viārum urbis dominantur et dēbēs removēre nisi malum vīs. (___)

Omne genus sonitōrum et turba hominum urbem implent. (___)

Nocte dormīre difficile est et semper melius est rūrī habitāre. (___)

6.1. Aspice imaginēs. Collocā nōmina et postea iunge eās.

amphitheātrum • arcus • basilica • clāvis • cūria • fābula • forum • gladiātor • iūdicium • senātus • signum • tabulārium • templum • theātrum •

	1	1		A		A	
	2	2		B		B	
	3	3		C		C	
	4	4		D		D	
	5	5		E		E	
	6	6		F		F	
	7	7		G		G	

6.2. Iunge sententiās:


- 1 Ad arcum eō
- 2 Mihi necesse est in cūriā adesse
- 3 Basilicam intrāmus
- 4 Sextus in theātrum it
- 5 In forum īs
- 6 Ad templum eō
- 7 In amphitheātrum īre volō

quia


- a ambulāre vīs.
- b clāvem vidēre volō.
- c deum ōrāre volō.
- d fābulam spectāre vult.
- e gladiātōrēs spectāre mihi necesse est.
- f iūdicium habēmus.
- g hodiē senātūs cōnsultum est.

6.3. Aspice imāginem. Complē eam auxiliō condiscipulī tuī.

DISCIPULUS A (AQUAE DUCTUS, AMPHITHEATRUM, INSULA, BASILICA)



DISCIPULUS B (ARCUS, LAETRINAE, THEATRUM, PORTUS)



6.4.

Lege textum et interrogā id quod nōn intellegās:

Plerīque Rōmānī raedīs iter faciunt; nam veterēs Rōmānī, cum peregrīnātiōnem aliquam incipiunt, in terrestrī itinere raedīs ūtuntur, in marītimō itinere navigiīs. Inter multa et varia vehiculōrum genera, māximē aptae raedae sunt, quod celeriter trahuntur et plūrēs hominēs ūnā raedā commodē vehuntur.

Raedārum ūsus, ut omnium ferē vehiculōrum, ā Galliā in Italiam invecus est. Quattuor rotārum vehiculum raeda est et plerumque duae mulae eam trahunt; sed agiliōrēs raedae quaternīs, vel octonīs, perrārō denīs equīs vehuntur. Sed nōn tantum commoditātis raedae praebunt, hōc modō, si quis plūrimōs diēs in itinere cōnsūmit, diuturnae iactatiōnis causā, membra languida ac dēfatigāta erant et ossa, ut ita dicam, paenē confracta.

Posterius quia peregrīnandī necessitātem longiōra itinera in cruciātus vertere nōlēbant, Rōmānī 'dormitōriīs carrucīs' ūtī coeperunt. In interiōre parte lectulus aptātus est et sic peregrīnātōrēs iacēre et dormīre possunt. Nūllum vehiculōrum genus carrucā sumptuōsius est et eam dormitōriam vocant.





Vērum an fālsūm:

1. Plerīque Rōmānī in itinere marītimō nāvibus ūtuntur.
2. In raedā tantum ūnus homō portārī potest.
3. Raeda vėlōx est.
4. Raeda est vehiculum Italicum.
5. Raeda duās rotās habet.
6. Saepe decem equī raedam trahunt.
7. Raeda duōbus equīs trahitur.
8. Raeda est vehiculum incommodum in itineribus longīs.
9. In parte interiōre carrucārum lectus est.
10. Peregrīnātōrēs dormīre in raedīs possunt.

QUID AGIS USITATIM?

1

1.1. Pōne in ordine hās imāginēs:



1.2.

Nunc iunge sententiās cum imāginibus. Quid agit Iūlius ūsitātīm?

- Iūlius surgit hōrā prīmā, braccia et crūra lavat et tunicam et togam induit.
- Iēntāculum sūmit (ientat) hōrā secundā.
- Hōrā tertiā clientēs et amīcōs recipit. Hoc salūtātiō nōminātur.
- Iūlius in forum it.
- Iūlius it in Cūriam ubi senātus convenit.
- Iūlius in thermopolium vel tabernam it et prandium sūmit (prandet).
- Hōrā sextā Iūlius merīdiatiōnem (somnum merīdiānum) dormit.
- Hōrā septimā Iūlius in theātrum it et fābulās spectat.
- Iūlius in circum it et lūdōs circēnsēs spectat: cursūs curruum.
- Iūlius in thermās it et balneum sūmit.
- Iūlius in amphitheātrum it et lūdōs gladiātōrēs spectat.
- Iūlius hōrā octāvā cēnam sūmit (cēnat) et hōrā duodecimā dormit.

HORAE

2

Sī dē hōrā loquī volumus:

- **Interrogāre hōram**

- ▶ Quotā hōrā est?

- **Hōram dīcere**

- ▶ Prīma hōra est.

- ▶ Quīnta hōra est.

- ▶ Prope octāva hōra est.

- **Exprimere temporis spatium**

- **De... a...**

- ▶ Labōrō ab octāva hora (usque) ad secundam hōram post merīdiem

- **A las...**

- ▶ Quīntā hōrā māne/vesperī; ante merīdiem/post merīdiem.

- **Diēi partēs**

- ▶ Māne/vesperī/nocte.

- ▶ Merīdiē.

- ▶ Mediā nocte.

COTIDIE...

3

3.1.

Selige verbum ex verbōrum et actiōnem gestibus fac. Condiscipulī tuī quid facias dīcere dēbent. *Exemplum: Iūlia expergīscitur.*

- | | | |
|------------------|-----------------------------|--------------------|
| ▶ expergīscī | ▶ fābulās spectāre | ▶ studēre/labōrāre |
| ▶ ientāre | ▶ dentēs dētergēre | ▶ pectināre |
| ▶ balneum sūmere | ▶ ē lūdō exīre / domō exīre | ▶ vestīrī |
| ▶ recumbere | ▶ lavārī | ▶ mūsicam audīre |

3.2.

Interrogā condiscipulum tuum:

- | | |
|---|----------------------------------|
| 1. Quotā hōrā surgis? | 6. Quās hōrās labōrās/studēs? |
| 2. Quid ientās? | 7. Quotā hōrā dormīs ūsitātīm? |
| 3. Tē lavās māne an nocte? | 8. Quid agis in fine septimānae? |
| 4. Quid agis in tuō tempore ōtiī: legis, fābulās spectās, mūsicam audīs...? | 9. |
| 5. Quotā hōrā domō exīs? | 10. |

PRAESENS

4

4.1.

Complē tabulam:

Verba rēgulāria in praesente indicātīvī

Labōrāre	Edere	Vīvere
labōrō	<input type="text"/>	vīvō
labōrās	edis	<input type="text"/>
<input type="text"/>	edit	vīvit
labōrāmus	<input type="text"/>	<input type="text"/>
labōrātis	editis	vīvitis
<input type="text"/>	edunt	<input type="text"/>

4.2. Complē tabulam:

Verba passīva

	<u>Vocārī</u>	<u>Lavārī</u>
Ego	vocor	<input type="text"/>
Tū	vocāris	<input type="text"/>
Is / ea	vocātur	<input type="text"/>
Nōs	vocāmur	<input type="text"/>
Vōs	vocāminī	<input type="text"/>
Iī / eae	vocantur	<input type="text"/>

4.3. Complē tabulam:

	Velle	Posse	Poscere	Lūdere
Ego	volō	possum	poscō	<input type="text"/>
Tū	vīs	<input type="text"/>	<input type="text"/>	lūdis
Is / Ea	<input type="text"/>	potest	poscit	lūdit
Nōs	volumus	<input type="text"/>	poscimus	lūdīmus
Vōs	vultis	potestis	poscitis	lūditis
Iī / Eae	<input type="text"/>	possunt	<input type="text"/>	lūdunt

4.4. Iunge prīmam persōnam cum īnfīnītvō.

- 1 Cōgnōscō
- 2 Vertō
- 3 Sciō
- 4 Agō
- 5 Exeō
- 6 Pōnō
- 7 Do

- a Dare
- b Agere
- c Vertere
- d Exīre
- e Cōgnōscere
- f Scīre
- g Pōnere

4.5. Complē tabulam:

	venīre	habēre	dīcere	audīre
Ego	veniō	habeō		audiō
Tū	venīs		dīcis	audīs
Is / Ea	venit	habet	dīcit	audit
Nōs	venīmus		dīcimus	audīmus
Vōs	venītis	habētis	dīcitis	audītis
Īī / Eae	veniunt			audiunt

4.6. Complē:

	īre	esse
Ego	eō	sum
Tū		es
Is / Ea	it	
Nōs	īmus	
Vōs		estis
Ī / Eae		sunt

4.7. Complē.

	exstruere	dēstruere
Ego	exstruō	
Tū	exstruis	
Is / Ea	exstruit	
Nōs	exstruimus	
Vōs	exstruitis	
Ī / Eae	exstruunt	

4.8. Lege textum et respondē:**DIES PUERI**

Diēs vīgintī quattuor hōrās habet. Hārum vīgintī quattuor hōrārum aliās vigilāmus, aliās somnō damus.

Septem vel octō hōrās dormīre satis est.

Prīmō māne surgit bonus puer, postea accuratē lavātur et omnia quae ad munditiam pertinent agit.

Deinde stomachum refovet lacte, vel aliō quōdam potū, frustulīs pānis vel crūstulīs, bŭtŭrō, melle, similibusque suāvibus et puerīs grātissimīs cibīs.

Exin librōs et libellōs colligit, mātrem deōsculātur et ad scholam sē fert.

Cum ē scholā dimissus est, merīdiēs ferē est, nam tōtum māne in scholā cōnsūmitur.

Tunc domum redit, ubi eum prandium exspectat.

Post prandium pēnsīs ā magistrīs impōsitis vacat; nōnnihil temporis etiam ad lūdum vel recreātiōnem reservat, vel domō exit deambulātum.

Serō, cum diē lux iam dēfēcit, dēnuō familia tōta ad cēnam colligitur.

Post cēnam puer aliquantulum temporis cum suīs morātur; postea parentēs deōsculātur et in cubiculum suum it.

Tandem cubitum it, et in lectulō iacēns tranquillō somnō recreātur.

1. Quot hōrās habet diēs? Quot ex iīs vigilāmus? Quot dormīmus?

2. Quid agit bonus puer primō māne?

3. Quid deinde peragit? Quibus rēbus stomachum refovet?

4. Quid postea colligit? Cui osculum dat? Quo se fert?

5. Quando e schola revertitur? Quantum temporis in schola consumit?

6. Quid eum expectat domi?

7. Quid agit post prandium?

8. Quid agit sero tota familia?

9. Quid agit puer post cenam?

10. Quo postea it?

11. Quid tandem facit? Ubi dormit?

5.1. Interrogā condiscipulum tuum quandō hās rēs agat et complē.

	Semper Cotīdiē	Saepe	Aliquandō	Rārō	Prope numquam	Numquam
Corpus exercēre						
Legere						
Ad medicum īre						
Merīdiātiōnem dormīre						
Equō īre						
Fābulās spectāre						
Epistulās scrībere						
Vīnum bībere						
Serō recumbere						
In theātrum īre						
Mūsicam audīre						

Diēs septimānae

- Lūnae diēs
- Mārtis diēs
- Mercuriī diēs
- Iovis diēs
- Veneris diēs
- Sātūrnī diēs
- Sōlis diēs

Mēnsēs annī

- Iānuārius
- Februārius
- Mārtius
- Aprīlis
- Māius
- Iūnius
- Iūlius
- Augustus
- September
- Octōber
- November
- December

5.2. Lege textum et respondē:

DE HEBDOMADA

Hebdomada septem diēs complectitur: haec habent sua nōmina: Lūnae diēs, Martis diēs, Mercuriī diēs, Iovis diēs, Vēneris diēs, Sāturnī diēs, Sōlis diēs vel Dominica diēs.

Dominica diēs apud veterēs Sōlis diēs vocābātur. Nunc Dominica dīcitur quia diēs festus Christiānōrum est, nam eā diē Christus ā mortuīs resurrexit.

Sāturnī diēs dīcitur etiam sabbatum. Cum enim Deus sex diēbus mundum creāvisset, septimā diē requiēvit; et ideō ea diēs “sabbatum” vocāta est, quod hebraice idem significat ac “requiēs”.

Nōs quoque sex diēs labōrāmus, Dominica diē requiēscimus.

1. Quot diēs habet hebdomada?

2. Quae sunt nōmina diērum hebdomadae?

3. Quōmodo vocābātur apud veterēs Dominica diēs?

4. Quod alterum nōmen est diēi Sāturnī? Cūr?

5. Quid significat “Sabbatum”?

6. Ā quānam linguā sūmptum est?

7. Quot diēs labōrāmus?

8. Quā diē requiēscimus?

5.3. Lege textum et respondē:**DE MENSE ET ANNO**

Quattuor hebdomadae mensem ferē faciunt; duodecim vērō mēnsibus formātur annus.

Mēnsēs quoque habent sua nōmina. Nōmina mēnsium sunt haec: iānuārius, februārius, mārtilis, aprīlis, māius, iūnius, iūlius, augustus, september, octōber, november, december.

Mēnsium quīdam trīgintā diēs habent, quīdam vērō trīgintā et ūnum, februārius autem duodētrīgintā.

Annus trecentōs sexāgintā quīnque diēs complectitur.

Quīntō quōque annō februārius ūndētrīgintā diēs habet; is annus trecentōs sexāgintā sex diēs complectitur et bissextīlis vocātur.

In annō complūrēs diēs festī sunt, praeter omnēs Dominicās diēs. Inter eōs sunt praecipuī diēs Natālis Christī et diēs Resurrectiōnis Christī nōn semper idem est, vērūm est Dominica diēs mēnsis mārtilis vel aprīlis.

Hīs diēbus māxima laetitia est tōtīus familiae, praecipua vērō puerōrum, quī dōna accipiunt.

Tum, quī longē ā familiā suā morārī cōgitur, domum redīre studet, ut cum propinquiīs suīs gaudiō fruātur.

1. Quid faciunt quattuor hebdomadae? Quid duodecim mēnsēs?

2. Quae sunt nōmina mēnsium? Quīnam habent trīgintā diēs?

3. Quīnam trīgintā et ūnum? Quisnam mēnsis duodētrīgintā diēs tantum habet?

4. Quid accidit quīntō quōque annō? Quōmodo vocātur annus quō id accidit?

5. Quī sunt praecipuī diēs festī in annō? Quandō colitur Natālis Christī? Quandō Eius Resurrectiō?

6. Quid iīs diēbus fit in familiā? Quōmodo sunt puerī?

7. Quid tum agit quī longē ā familiā suā morārī cōgitur?

In quōque mēse tria data fixa erant:

- **Kalendae** (Kal.): prīmus diēs mēnsis.
- **Nōnae** (Nōn.): quīntus diēs mēnsium Iānuārii, Februārii, Iūniī, Augusti, Septembris, Novembris et Decembris; septimus diēs mēnsium Mārtiī, Māiī, Iūlii et Octōbris.
- **Idūs** (Id.): decimus tertius diēs mēnsium Iānuārii, Februārii, Iūniī, Augusti, Septembris, Novembris et Decembris; decimus quīntus diēs mēnsium Mārtiī, Māiī, Iūlii et Octōbris.

kalendīs Iānuāriīs = 1 de enero

Nōnīs Aprīlibus = 5 de abril

Idibus Decembribus = 13 de diciembre

Diēs prior aut posterior adverbīis 'prīdiē' et 'postrīdiē' exprimitur.

Prīdiē Kalendās Iānuāriās = 31 de diciembre

Postrīdiē Kalendās Iānuāriās = 2 de enero

Postrīdiē Nōnās Octōbrēs = 8 de octubre

Postrīdiē Idūs Māiās = 16 de mayo

Ad cēterōs diēs mēnsis, quaerimus proxima data fixa et numerāmus diēs:

Ante diem tertium Kalendās Decembrēs = 29 de noviembre

Ante diem quīntum Nōnās Mārtiās = 2 de marzo

Ante diem septimum Idūs Iūliās = 8 de julio

a. d. III Kalendās Decembrēs = 29 de noviembre

a. d. V Nōnās Mārtiās = 2 de marzo

a. d. VII Idūs Iūliās = 8 de julio

6.1.

Lege textum dē Rōmānīs:

Rōmānī hominēs grātī et sincērī sunt, interdum nimis. Rōmānī cum amīcīs suīs valdē loquuntur, prandent et cēnant cum amīcīs domī cum aliquid celebrant et nōnūllī meridiātiōnem dormiunt post prandium. Rōmānī dē terrā, lēgibus et cultū glōriantur. Et cūr tālēs sunt? Quia, ut dīcunt, caelum cōstituit animum hominum et fōrmam vītae terrae. Et Italia est terra maritima, cum multīs mēnsibus sōlis in annō et sōl facit hominēs tranquillōs, blandōs et sociālēs. Rēvērā, quaeque terra et quodque oppidum est ut est, et habet rēs suās.

6.2.

Vērum an falsum?

1. Rōmānī molestī sunt.
2. Rōmānī valdē loquuntur.
3. In Italiā semper domī cēnant.
4. Merīdiātiō nocte fit.
5. Rōmānī Italiam amant.
6. Caelum Rōmae valdē calidum est.
7. Rōmānī sociālēs sunt.
8. Omnēs terrae similēs sunt.

Vērum	Falsum

6.3.

Iunge hās sententiās:

- 1 Caelum indīcit •
- 2 Rōmānī sunt •
- 3 Rōmae •
- 4 Hominēs Italiae •
- 5 Rōmānī •
- 6 Quaeque terra •

- a dissimilis cēterīs est.
- b glōriōsī dē Italiā sunt.
- c sincērī et iūcundī.
- d multī diēs cum sōle sunt.
- e sociālēs et grātī sunt.
- f animum hominum.

6.4.

Respondē hās quaestiōnēs dē textū.

1. Tū es laetior cum sōl in caelō est quam cum pluit? Caelum influit in animum hominum? Quomodō et cūr?
2. Crēdis Rōmānōs valdē edere?
3. Cūr lēgēs et caelum magnī momentī Rōmānīs sunt?
4. Quid tibi significat sententia “Rōma dissimilis est”?
5. Crēdis Rōmānōs grātōs, sincērōs et blandōs esse?
6. Quid cogitās dē animō Rōmānōrum?

6.5.

Interrogā condiscipulum tuum dē cōsuetudinibus suis. Postea cēterīs condiscipulīs explānā:

Quotā hōra...?
 Quandō...?
 Quid agis...?
 Quid...?
 Ubi...?
 Quō cum...?
 Quōmodo...?

Vēneris diē vespērī.
 Hōra prandiī.
 Solis diēbus māne.
 Hōrārium operis.
 Hōra dormiendī.

Hōra surgendī.
 Exercitātiōnēs corporis.
 Locus cēnae
 Dēgere tempus ōtiī.
 Domum redīre.

6.6. Lege textum et respondē:**DE HOMINIS AETATIBUS**

Cum homō nāscitur puer est. Puer nōndum loquēns infāns dīcitur.

Infāns est quī nōn fātur, id est nōn loquitur. Fārī enim idem est ac loquī.

Cum puer ē pueritiā excēdit, adulēscēns est. Adulēscēntia ex septimō decimō annō usque ad trīgēsimum ferē extenditur.

Post adulēscēntiam, homō fit iuuenis.

Iuuenis est quī omnibus vīribus suīs pollet, et arma ferre valet.

Cum hominis vīrēs paulātim minuī incipiunt, id est cum quīnquāgēsimum annum iam explēvit, senex incipit fierī.

Omnia haec nōmina virōrum sunt. Mulierēs parvā aetāte puellae vocantur, postea virginēs; mulierēs prōvecta aetāte ānus vocantur.

Antīquitī dīcēbant hominem prīmā aetāte quattuor pedibus ingredī, mediā aetāte duōbus, prōvecta aetāte tribus.

Etenim puer, dum stare nōn potest, manibus et pedibus nītitur; vir pedibus tantum, senex pedibus et baculō.

O puerī, verēminī omnēs senēs et eōs quī quādā infirmitāte labōrant.

1. Quid est homō cum nāscitur?

2. Quōmodo vocātur puer nōn loquēns?

3. Quid significat verbum “fārī”?

4. Quid est puer cum ē pueritiā excēdit?

5. Inter quōs annōs extenditur adulēscētia?

6. Quid fit homō post adulēscētiā?

7. Quid est iuvenis? Quid ferre valet?

8. Quāndō vīrēs minūī incipiunt? Quid tum homō incipit fiērī?

9. Quōmodo vocantur mulierēs parvā aetāte? Quōmodo postea?

10. Quōmodo cum iam prōvectā aetāte sunt?

11. Quōmodo dīcēbant veterēs hominem ingrēdī? Cūr?

12. Quōs verērī dēbētis, puerī?

1.1. Lege hunc textum:

Iūlius et Aemilia sunt mātīmōnium gustibus variīs. Iūliō placent lūdī gladiātōrēs, theātrum et cum amīcīs exīre. Eī nihil placet coquere. Amat exīre cum familiā suā in currū novō suō. Aemilia amat coquere et eī placet fābulae, in theātrum īre et emere cum amīcīs suīs. Etiam Aemiliae placet exīre cum familiā suā.

1.2. Respondē haec interrogāta:

Quid placet...? ...Iūliō? ...Aemiliae? ...tibi?

(A mī)	mihi	
(A ti)	tibi	
(A él/ella)	eī	placet theātrum
(A nosotros)	nōbīs	
(A vosotros)	vōbīs	
(A ellos/ellas)	eīs	

Ut placēre: referre, dolēre, vidērī, accidere...

Mihi māximē placet theātrum.

Tibi valdē placet saltāre.

Eī satis placet cibus.

Nōbīs displicet nimis corporis exercitātiō.

Nihil nōbīs placet iter facere.

Datīvus obiectum indirectum exprimit.

Vocābula masculīna

	Sing.	Plūr.
-US/-ER/-IR (-Ī) —————>	-Ō	-ĪS
-Ø/-IS (-ĒS) —————>	-Ī	-IBUS
-US (-ŪS) —————>	-UĪ	-IBUS

Vocābula fēminīna

	Sing.	Plūr.
-A (-AE) —————>	-AE	-ĪS
-Ø/-IS (-ĒS) —————>	-Ī	-IBUS
-ĒS (-ĒS) —————>	-ĒĪ	-ĒBUS

Vocābula neutra

	Sing.	Plūr.
-UM (-A) —————>	-Ō	-ĪS
-Ø (-A) —————>	-Ī	-IBUS
-E/-AL/-AR (-IA) ———>	-Ī	-IBUS

2.1.

Scrībe genus et datīvum singulārem et plūrālem hōrum vocābulōrum:

prōvincia, prōvinciae _____

salūs, salūtēs _____

sententia, sententiae _____

auxilium, auxilia _____

praesidium, praesidia _____

ventus, ventī _____

saxum, saxa _____

speciēs, speciēs _____

memoria, memoriae _____

auris, aurēs _____

mundus, mundī _____

umbra, umbrae _____

regiō, regiōnēs _____

dominus, dominī _____

socius, sociī _____

magnitūdō, magnitūdīnēs _____

caedēs, caedes _____

votum, vota _____

DE GUSTIBUS ET COLORIBUS NON EST DISPUTANDUM

3

3.1.

Lege hōs textūs dē hīs persōnīs:

PETRUS FABULAE

IMPERATOR HISTRICUS



Petrō valdē placet oblectārī, nocte exīre et adīre ad convīvia. Valdē amat actor in scaenā praecipuus esse et in omnibus āctibus interesse.

Petrus magnus comestor est. Valdē amat cibum trāditum Rōmānum, praesertīm ōva, lac et carnem. Sed tamen poma nōn eī placet.

Petrus bonī vīnī amāns est.

MAXIMUS CAPITASECTOR

GLADIATOR



Māximus semper ientat fortiter māne. Saepe lac bibit et pānem tostum, cāseum et poma edit.

Māximus amat gubernāre currum suum, sed aliquandō in palaestram pedibus it. Eī placet colloquī cum hominibus in viā. Valdē eī placet in theātrum īre et exīre cum amīcīs suīs.

Cibī quī valdē eum dēlectant sunt piscis et carō. Eī nōn placet holera.

DORIPPA**MERETRIX**

Dorippa sē cūrāre amat. In septimānā ter corpus exercet et Sāturnī Sōlisque diēbus currit, equitat et etiam natāre eī placet.

Ad cibum, Dorippae placent acetaria et piscēs omnis generis. Eī nōn placent cibī pinguēs et semper aquam bibit. Dorippa amat cupedia, sed īnspiciere pondus suum dēbet. Cibus quī eam dēlectat est garum. Amāns cibī Graecī est.

3.2.

Dīc an sequentēs sententiae falsae an vērae sint et explānā respōnsum tuum:

VērumFalsum

1. Acetaria Petrō et Dorippae placet.
2. Currum suum gubernāre Māximō nōn placet.
3. Petrus bonum vīnum amat.
4. Dorippae cupedia nōn placent.
5. Māximus ōva ientat.
6. Māximus carnem amat.
7. Petrō convīvia valdē placent.
8. Petrus īnspicere pondus suum dēbet.
9. Māximō exīre valdē placet.
10. Māximus et Dorippa corpora eōrum exercent.

3.3.

Scrībe dē gustibus familiae tuae.

3.4.

Lege sententiās et complē tabulam:

Nōmen	Munus	Cibus	Otium

1. Magistrae piscis placet.
2. Senātōri mūsicam placet.
3. Iūliō corpus exercēre placet.
4. Iūlius senātor nōn est.
5. Mārcō carnem edere placet.
6. Cui garum placet est medicus.
7. Aemiliae fābulae valdē placent.

CIBI IN IMPERIO ROMANO

4



Romanī praesertim pānem, oleum, cāseum, olīvās et carnem aliquandō edēbant. Etiam poma (uvās, ficōs, māla), fructūs siccōs (amygdalās et nucleōs pineōs) et holera (asparagōs, lactūcam, carōtam, cēpās et alium) sumēbant.

Rōmānī ter in diem edēbant: iēntāculum, prandium et cēna.

Cum surgēbant iēntāculum sūmēbant, circum secundam hōram: lac, mel vel pānem cum cāseō, vīnō, aliō vel oleō.

In prandiō reliquum cibī diēi anteriōris sūmēbant, pānem et poma et holera, circum sextam hōram.

Cum vesperāscēbat in thermās ībant et balnea calida et frīgida sūmēbant. Deinde domum redībant et cēnābant. Cēna in tricliniō sūmēbātur et erat ad nōnam hōram aestāte et hieme circum octāvam hōram. Cēna erat gustātiō (ōva, cāseus, olīvae, conchylia), prīma mēnsa (acetāria, holera, carō et piscis) et secunda mēnsa (suavilla, poma vel fructūs siccī).



4.1.

Scribe textum in quō compārās diaetam Rōmānam cum diaetā tuae terrae.

Exemplum: In terrā meā ientātur fortius quam Rōmae.

Memorā! Ut compārēs duās rēs:


Hoc pulchrius est **quam** illud.

Frāter tuus **tam** altus est **quam** meus.

Illud mihi placet **minus quam** hoc.

5.1.

Hae sunt partēs corporis.



5.2.

Lege hunc textum et respondē:

DE OCULIS

Pars suprēma corporis humānī est caput.

In capite sunt oculī, nasus, ōs, aurēs, capillī, tempora, genae, mentum.

Duōs oculōs habēmus; iī sunt nigrī vel glaucī.

Oculīs vidēmus omnia quae circum nōs sunt.

Cilia et supercilia prōtegunt oculōs; cum dormīmus, cilia obserāta sunt.

Cum vigilāmus cilia reserāta sunt, et pūpulae in apertō sunt. Pūpulae sunt parvae et nigrae.

Sunt quīdam quī alterō oculō carent; eōs luscōs dīcimus.

Luscus dīcitur etiam coclēs.

Quīdam vērō ambōbus oculīs carent. Eōs dīcimus caecōs.

Caecī magnam miserātiōnem movent.

Quī distortīs oculīs intuētur strabō est.

Oculī bonōrum puerōrum sunt pulcherrimī et ridentēs.

1. Quid est caput? Tangite caput vestrum. Quid tangitis?

2. Quid est in capite?

3. Quot oculōs habēmus?

4. Quō colōre esse possunt oculī?

5. Quō colōre sunt oculī tuī?

6. Quid oculīs vidēmus?

7. Quid oculōs prōtegit? Ostende mihi cilia et supercilia.

8. Quid agimus ciliīs reserātīs? Quōmodo sunt pūpulae?

9. Quis est luscus? Quō luscus caret? Quō aliō modō vocātur?

10. Quis est caecus? Quid caecī movent?

11. Quis est strabō? Quōmodo strabōnēs intuentur?

12. Quōmodo bonī puerī habent oculōs?

5.3.

Lege hunc textum et respondē:

DE NASO ET DENTIBUS

Nāsus est in mediā parte faciēi, sub oculis et super ōs.

Nāsō odōrēs sentīmus, id est olfacimus.

Duo parva forāmina nāsī vocantur nārēs.

Malī et sordidī puerī digitōs īnfigunt in nāsum; bonī puerī numquam id faciunt, sed nāsum dētergent sūdāriōlō.

In ōre haec sunt: labra, dentēs, lingua, palātum.

Labra sunt duo: labrum superius et labrum inferius. Labra rubrō colōre sunt.

Cum ōs apertum est, apparent dentēs, lingua, palātum.

Dentēs sunt albī, cum puerī eōs bene lavant; cum eōs nōn lavant, sordidī sunt et nigrī.

Dentēs sunt trīgintā duo, sed puerī nōndum omnēs dentēs habent.

Cum homō senēscit, dentēs dēcidunt.

Dentibus cibum mandimus. Oportet semper accūrātē cibum mandere. Quī cibum accūrātē nōn mandit, eum nōn concoquit et ex stomachō labōrat.

Cum dēns dolet, oportet illum cūrāre aut extrahere.

Dentēs laesī cūrāndī aut extrahendī sunt.

1. Ubi est nāsus? Ostendē mihi eum. Nāsum tange. Quid tangis? Quid nāsō facimus?
-

2. Quōmodo vocantur duo forāmina nāsī? Quōmodo sunt?
-

3. Ostendē alterum forāmen; quid est? Ostendē alteram nārem.

4. Quī malī et sordidī puerī sunt? Quid est sūdāriōlum?

5. Quae sunt in ōre?

6. Quot sunt labra? Quō colōre sunt? Quid ex ōre apertō apparet?

7. Quō colōre sunt dentēs? Quōmodo puerī habent dentēs, cum eōs nōn lavant?

8. Quot dentēs homō habet? Quandō iī dēcidunt?

9. Quid agimus dentibus? Quōmodo dēbēmus cibum mandere?

10. Ex quō labōrat quī cibum accūrātē nōn mandit?

11. Cum dēns dolet, quid agendum est?

5.4.

Lege hunc textum et respondē:

DE LINGUA ET AURIBUS

Cum ōs aperīmus, lingua cōspicitur.

Lingua est rubra et mobilis.

Lingua loquimur, lingua sapōrēs sentīmus.

Bonī puerī linguam cohibent, cum in scholā sunt, et solum loquuntur cum magister eōs interrogat.

Malī discipulī sunt quī linguam movent cum condiscipulīs colloquentēs, dum magister loquitur.

Etiam peiōrēs sunt quī linguam extrahunt, et magistrīs vel condiscipulīs subsānant.

Puerī, linguam cohibete! Numquam vōs tacuisse paenitēbit.

Aurēs duae sunt, ex utrāque parte faciēi prōminentēs.

Auribus rūmōrēs, sonōs, vōcēs percipimus.

Duās aurēs habēmus et ūnum ōs; nam multa audīre et pauca loquī dēbēmus.

Aurēs quoque semper dēbēmus mundās habēre.

Cum puer malus est, pater eī aurem vellit.

Aurēs asinī longae sunt.

Aurēs puerī quī falsa dīcit crēscunt sicut aurēs asinī.

1. Quandō lingua cōspicitur?

2. Linguam tuam ostendē. Quō colōre est lingua?

3. Quid linguā facimus?

4. Quid in scholā bonī puerī faciunt? Quandō loquuntur?

5. Quī sunt malī discipulī? Quī sunt pēiōrēs?

6. Quid cohibēre dēbētis? Cuius reī vōs numquam paenitēbit?

7. Quot sunt aurēs? Ex quā parte prōminent?

8. Quid auribus percipimus?

9. Cūr duās aurēs et ūnum ōs habēmus?

10. Quōmodo aurēs servābimus?

11. Quid puerō malō pater facit?

12. Quōmodo sunt asinī aurēs?

13. Cuius aurēs crēscunt sicut aurēs asinī?

5.5.

Lege hunc textum et respondē:

TEMPORA, MENTUM, CAPILLI

Tempora pulsant. Cum tempora nōn pulsant, homō mortuus est.

Cum tempora nimis frequenter pulsant, homō febrī labōrat. Tunc tempora calidissima sunt.

Mentum est infima pars faciēi.

Mentum puerōrum est nitidum et polītum. Mentum virōrum est barbā coopertum.

In capite sunt capillī.

Capillī sunt nigrī, vel flāvī, vel rūfī.

Cum homō senēscit, ut dentēs, capillī quoque dēcidunt.

Quīdam puerī vel hominēs habent cincinnōs: hōs vocāmus cincinnātōs.

Cincinnus est capillus adtortus et dispositus in modum ānuli.

Capillōs accūrātē cōmere dēbēmus.

Mulierēs quondam habēbant capillōs, id est crīnēs, longōs et fluentēs; nunc eōs sicut virī tondent.

Homō quī capillōs amittit calvus dīcitur, id est calvitie adfectus.

Cum homō senēscit, capillī cānī fiunt. Cānities honōranda est.

Caput super collum stat.

In corpore sunt viscera: cor, pulmōnēs, iecur, stomachus, intestīna.

Per tōtum corpus sanguis fluit.

1. Quid in capite pulsant?

2. Quandō homō mortuus est? Quandō febrī labōrat? Quōmodo sunt tunc tempora?

3. Quid est mentum? Quōmodo est puerōrum mentum? Quōmodo est virōrum mentum?

4. Quid est in capite? Quō colōre capillī sunt?

5. Quandō capillī dēcīdunt?

6. Quid habent quīdam puerī vel hominēs? Quōmodo hōs vocāmus? Quid est cincinnus?

Quid sunt cincinnī?

7. Quid cōmere dēbēmus?

8. Quōmodo mulierēs quondam capillōs habēbant? Quōmodo eōs nunc habent?

9. Quis calvus dīcitur? Quandō homō calvitie adficitur?

10. Quōmodo capillī fiunt cum homō senēscit? Quid honōrandum est?

11. Ubi stat caput? Quae viscera in corpore sunt?

12. Quid fluit per corpus? Quā fluit sanguis?

5.6.

Lege hunc textum et respondē:

DE CORPORIS ARTUBUS

Homō habet duo brachia, duās manūs, duo crūra, duōs pedēs /
Brachia ex umerīs pendent. Brachiīs manūs connexae sunt.

Utraque manus et uterque pes quīnque digitōs habet.

Ergō manūs ambae decem digitōs habent et pedēs ambō decem
digitōs habent. Manūs et pedēs simul vīgintī digitōs habent.

In extremā parte digitōrum sunt unguulae.

Ungulae bonōrum puerōrum semper accurātē sectae sunt et
mundae.

Tālus est postrēma pars pedis.

Malus puer est quī tālō formicās vel aliās bēstiolās opprimit.

Malus puer est etiam quī manibus vel pedibus condiscipulōs
vel frātrēs vel sorōrēs percutit.

Bonus puer semper manus et pedēs cohibet.

Manibus scribimus, tangimus, prehēdimus, omnia ferē
facimus.

Pedibus ambulāmus vel currimus.

1. Quot brachia, quot manūs, quot crūra, quot pedēs habēmus?

2. Ex quō brachia pendent?

3. Quibus manūs connexae sunt?

4. Quot digitōs utraque manus habet? Quot digitōs uterque pes habet?

5. Quot digitōs habent manūs ambae? Quot digitōs habent pedes ambō?

6. Ubi unguulae sunt?

7. Quōmodo servāre debēmus ungulās?

8. Quid est tālus?

9. Quis est malus puer?


10. Quōs percutit malus puer manibus vel pedibus?

11. Quid cohibet bonus puer?

12. Quid manibus agimus?

13. Quid pedibus agimus?

5.7. Complē partibus corporis:




MIHI DOLET..., MEDICE

6

6.1.

Iunge sententiās cum dēlineāmentīs:

- 1 Nauseō.
- 2 Fessus sum.
- 3 Grippā labōrō.
- 4 Tussim habeō.
- 5 Aegrōtō.
- 6 Febrim habeō.




6.2.

Aspice hōs hominēs. Nōn bene sunt. Quid eīs dolet?



1. Eī dolet caput.



2. Eī dolent pedēs.



3.



4.



5.



6.



7.



8.

6.3.

Iunge:

Mihi dolet •

Mihi dolent •

- Bracchia
- Nāsus
- Aurēs
- Tergum
- Collum
- Digitī
- Venter

6.4.

Iunge:

- 1 Mihi dolet •
- 2 Tibi dolet •
- 3 Eī dolet •
- 4 Nōbīs dolet •
- 5 Vōbīs dolet •
- 6 Eīs dolet •

- a Paulus dolōrem habet.
- b Dolōrem habēmus.
- c Aemilia et Iūlius dolōrem habent.
- d Dolōrem habeō.
- e Dolōrem habēs.
- f Dolōrem habētis.

6.5. Lege hunc textum et respondē:**DE VALETUDINE CORPORIS**

Quī omnibus corporis partibus commodē utitur, sānus, validus est.

Nōnnūllīs tamen morbīs corpus interdum cruciātur.

Quī ex aliquā corporis parte labōrat, aegrōtat.

Sunt autem corporis curandī tuendīque artēs, quārum praescrīpta sī servāmus, plūrēs morbōs effugere possumus.

Omnibus puerīs et adulēscētibz corpus magnā cum dīligentiā excolendum est.

Corporis vīrēs ac nerviī variīs exercitātiōnibus aluntur atque augentur, quae lūdī gymnici appellantur.

Haec sunt genera lūdōrum, quibus adulēscētēs maximē dēlectantur:

Pilam manibus vel pedibus pulsant atque iactant; soleīs ferrātīs per glaciem, soleīs ligneīs per nivem dēcurrunt.

Vērūm est illud verbum, quod dīcī solet: "Mēns sāna in corpore sānō".

1. Quem validum dīcimus?

2. Quis aegrōtat?

3. Quā ratiōne nōnnūllōs morbōs effugere possumus?

4. Quid faciunt lūdī gymnici? Quibus lūdīs sē exercent adulēscētēs?

LECTIO VII CAELI STATUS ET TABERNAE

QUALIS DIES EST HODIE?

1

1.1. Scribe caeli statum sub imagine:

Caeli status

				
Dies est Sol lucet	Nox est	Caelum nubilum est	Caelum serenum est	
				
Pluit	Leviter pluit	Tempestas est Tonat	Ningit	Caligo est
				
Grandinat	Ventus flat	Sudum est	Aestus est	Frigidum est

¿Quomodo dicitur?

					
Imber	Nix	Fulgur	Nubes	Sol	Luna
					
Prima luce Diluculum	Primo vespere Vesperascere	Arcus caelestis Arcus pluvius	Gradus	Umbella	









2.1.

Lege hunc textum et respondē:

ANNI TEMPORA

Tempora annī quattuor sunt: vēr, aestās, autumnus, hiems. Ūnumquodque annī tempus trēs mēnsēs complectitur; vēr exeuntem martium, aprilem, maium, ineuntem iūnium; aestās exeuntem iūnium, iūlium, augustum, ineuntem septembrem; autumnus exeuntem septembrem, octōbrem, novembrem, ineuntem decembrem; hiems exeuntem decembrem, iānuārium, februārium, ineuntem martium.

1. Quot sunt annī tempora?

2. Quot mēnsēs ūnumquodque annī tempus complectitur?

3. Quōs mēnsēs complectitur vēr?

4. Quōs mēnsēs complectitur aestās?

LECTIO VII CAELI STATUS ET TABERNAE

5. Quōs mēnsēs complectitur autumnus?

6. Quōs mēnsēs complectitur hiems?

2.2.

Lege hunc textum et respondē:

VER

Vēr grātissimum annī tempus est. Nam hōc tempore annum velut repuerāscere vidēmus.

Mēnse martiō temperiēs adhūc mūtābilis est; pluit saepe, saepe ventī terram perflant atque ūnō et eōdem diē saepe caelum mūtātur: nunc serēnum caeruleumque apparet, nunc repentē nūbibus obdūcitur, tempestātemque minātur. Sed ferē aer temperātor fit.

Nōn amplius nivēs, nōn amplius frīgus, nōn amplius pruinae, quibus prata, praesertim māne, albicābant.

Etiam in montibus glaciēs et nix paulātim solvuntur rīvōsque liquidīs frīgīdīsque aquīs augent.

Agrī, favōnī aurā tepefectī, rigere desinunt, glebae putrēs fiunt. Prata ubique virent et terrae, velut refecta, variōs florēs submittit: exiguās violās cōspiciuāsque rosās, et insignia caryophylla et aliōs plūrimōs florēs.

Nunc etiam arborēs pōmiferae florent. Nihil autem, ut scitis, pulchrius est quam florentēs cerasī vel māli vel pirī vel persicae māli.

Omnibus arboribus nunc virentēs frondēs et gemmae sunt; in quibus avēs saepe suāvissimē canunt. Vērē avēs nīdōs faciunt et ōva ibi gignunt.

Hieme paucās avēs in aere volitāre vidēbāmus. Nunc pulchrae hirundinēs ē regiōnibus aprīcīs, ubi hieme dēgunt, rediērunt, veterēsque nīdōs refēcērunt. Nunc ālīs sublātae eunt redeuntque clangōribus caelum implentēs, et pullīs ēscam quaerunt, atque rostrīs in ōra indunt.

LECTIO VII CAELI STATUS ET TABERNAE

In silvīs luscinae, vespērī, pulcherrimōs cantūs edunt.
Pecudēs laetae pabula persultant novāsque herbās carpunt.
Vērē agricolae agrōs colere incipiunt. Nunc eōs arātra firmiter
tenentēs vidēmus, quae bōbus vecta rēctōs sulcōs in agrīs imprimunt.
Vērē gaudent et sperant hominēs.

1. Cūiusmodi tempus annī ver est?

2. Quid vidēmus hoc tempore?

3. Quālis est temperiēs mēnse martiō?

4. Quid saepe accidit ūnō eōdemque diē?

5. Quid nōn amplius vidēmus?

6. Quid accidit in montibus?

7. Quid in agrīs?

LECTIO VII CAELI STATUS ET TABERNAE

8. Quid submittit vērē terra?

9. Quīnam flōrēs vērē nāscuntur?

10. Quid agunt arborēs pōmiferae?

11. Quid vērē agunt avēs?

12. Quid luscinae vesperī edunt?

13. Quid pecudēs agunt?

14. Quid agunt agricolae?

15. Quid iūdicās dē vērē?

LECTIO VII CAELI STATUS ET TABERNAE

2.3.

Lege hunc textum et respondē:

AESTAS

Aestās calidissimum tempus annī est. Prīmā aestāte vel extrēmō vērē agricolae fenum falce secāre solent. Tum suāvis odor idemque acer per prāta, praesertim mēse iūniō, diffunditur.

Mēse iūliō seges mātūra et aurea est; tunc agricolae falcibus vel saepius nostrā aetāte machinīs ad hoc comparātis dēmetunt.

Cum manipulī humī iacent, messorēs mergitēs faciunt, quae carrīs in villās portantur ibique coacervantur. Deinde in āreīs dīligenter aequātis et firmātis hominēs, tribulō frūmentum terunt atque horreīs condunt.

Aestās opportūnissimum tempus lūdīs et corporis exercitātiōnibus est. Mēse iūliō et augustō omnēs quibus licet mare petunt, atque in undīs liquidīs frīgidīsque lavantur et natant, vel in montēs ascendunt aurāsque dūcunt salūbrēs.

Aestāte flōrēs et poma abundant. Bene nōvistī rubrās frāga, cerasa sūcī plēna, dulcia mala armenia, delicāta mala persica, grātās prūnās. Nōnne tibi salīvam movent? Ex iīs optima liquāmina cōficiuntur.

Aestāte longās ambulātiōnēs puerī, studiīs vacantēs, vel pedibus vel birotīs vel rhaedīs mōtōriīs vectī, faciunt.

1. Quāle tempus et aestās?

2. Quid agunt agricolae cum aestās est?

3. Quisnam est agricolīs praecipuus labor aestātis?

LECTIO VII CAELI STATUS ET TABERNAE

4. Cum frūmentum collegērunt, quid agunt?

5. Ubi illud condunt?

6. Quibus rēbus opportunissima est aestās?

7. Quid agunt plerīque mēse iūliō et augustō?

8. Quid abundat aestāte?

9. Ēnumerā aliquōs fructūs quōs nōveris.

10. Quā rē vacant puerī aestātis tempore?

11. Quid tum agunt?

12. Quibus vehiculīs ūtuntur?

LECTIO VII CAELI STATUS ET TABERNAE

2.4.

Lege hunc textum et respondē:

AUTUMNUS

Autumnus ditissimum annī tempus est. Autumnō sōlis aestus mitescit et rūsticāntēs in urbem redire incipiunt. Sed, antequam redeunt, vīndēmiae intersunt. Vīndēmia laetissima est et grātissima, praesertim puerīs. Agricolaē, calathis adhibitis, vitēs spoliant, eōsque in cūpās congerunt. Postea eōs comprimunt ut liquidum iūs uvae exprimant. Hoc iūs mustum vocātur. Cum mustum cōnferbuit, vīnum fit. Vīnum dulce et suāve est. Modicum vīnum podest, contrā immodicum vīnum inēbriat et valētudinī nocet. Autumnō ficūs quoque suāvissimī mitescunt. Puerī libenter arborēs ascendunt et ex illīs ventrem implent; sed cum nimium gulae indulserunt, ventre labōrant et amāra medicāmina sūmere cōguntur.

Sed quid dīcam dē castaneīs, nucibus, amygdalīs, corylīs, cēterīs fructibus huius temporis? Praesertim ūtilissimae sunt castanae. Suāvissimae sunt tum ēlixae, tum assae; praeterea moluntur et ex eārum farīnā polenta cōnficitur, nec nōn optima liba pineolīs et exsiccātā ūvā cōnspersa.

Autumnō vēnātōrēs impigrē sē ad vēnandum cōnferunt, nec labōribus vigiliīsve parcunt, ut domum redeant praedā onustī et laetī. Sed cum nihil cēpērunt trīstēs redeunt, et amīcī eīs irrīdent.

Agrī viridēs paulātīm colōrēs mūtāre incipiunt; arboris folia exsiccantur et dēcīdunt. Tum puerī trīstantur; nam agrōs, iocōs, libertātem relinquere oportet et in urbem ad scholam redire.

Agricolaē vērō agrōs arant frūmentumque serunt.

1. Quid tibi vidētur dē autumnō?

2. Quō redeunt rūsticāntēs?

LECTIO VII CAELI STATUS ET TABERNAE

3. Quid agunt antequam redeunt?

4. Quid iudicās dē vīndēmiā?

5. Quōmodo vīndēmia fit?

6. Quā ratiōne vīnum cōnficitur?

7. Utrum vīnum prōdest an nocet?

8. Quī aliī fructūs autumnō praestō sunt?

9. Ad quid castaneae ūtilēs sunt?

10. Quid agunt h̄hōc annī tempore vēnātōrēs?

11. Quid puerī cōguntur agere autumnō?

12. Quid agunt agricolae?

LECTIO VII CAELI STATUS ET TABERNAE

2.5.

Lege hunc textum et respondē:

HIEMS

Hiems est frigidissimum tempus annī. Saepe pluit, saepe ningit; semper frigus est. Agrī spoliantur, arborēs nūdae in caelum eriguntur. Agricolaē domī manent, ad focum sē calefacientēs, et ūtēnsilia aptant vel calathiscōs cistellāsque vīminibus contextīs fabricantur.

Agrī dormīre et requiēscere videntur, saepe candidō nivis linteō contēctī; caelum trīste est et cānō colōre.

Sed quam dulce est hiemis tempore domī manēre, prope focum cum propinquīs suīs sedentem, cōmiter colloquentem, vel fābellās audientem!

Tunc iuvat etiam lūdere vel tālīs vel tesserulīs; vel sonōs instrūmentōrum mūsicōrum audīre, vel māchinam illam quae vōcem hominis canentis reddit audiendō dēlectārī.

Sed hieme quoque rūs et montēs oblectāmenta habent. Tunc enim montēs altissimā nive abundant, ubi puerī gliscere gaudent, gravibus vestimentīs contēctī et longīs spatulīs ligneīs, quasi ratibus, pedibus subnēxīs.

Tunc etiam, sī cuius fluminis aqua acūtō gelū compacta cōstat, puerī per iocum super eam currunt, calceāmentīs ferreīs quibusdam ūtentēs.

Cum nix cadit, puerī laetissimī sunt, nam ex eā pilās faciunt, quās inter sē iaciunt; vel eam congerunt et figūrās quāsdam hūmānās rīdiculās faciunt.

Pauperēs vērō hieme maximē labōrant, nam neque ignem neque vestīmenta habent, quibus satis ā frīgore prōtegantur. Eōrum meminisse oportet, eīsque benefacere.

1. Quid tibi vidētur dē hieme?

LECTIO VII CAELI STATUS ET TABERNAE

2. Quid tum in agrīs accidit?

3. Quid agunt agricolae?

4. Quid tum dulce et suāve est?

5. Quaenam oblectāmenta tum invenīrī possunt rūrī et in montibus?

6. Quid agunt puerī in glaciē?

7. Quid agunt cum nix cadit?

8. Cūr pauperēs hieme maximē labōrant? Quid igitur oportet agat bonus puer?

LECTIO VII CAELI STATUS ET TABERNAE

2.6. Scribe vocābulum sub imāgine (aestās, autumnus, hiems, ver):



1.



2.



3.



4.

2.7. Cogitā dē annī temporibus terrae tuae. Nunc, congregā mēnsēs secundum annī tempora et scribe sententiās ut exemplum.

Exemplum: In terrā meā, mēnse Iānuāriō hieme sumus.

LECTIO VII CAELI STATUS ET TABERNAE

2.8.



Spectā dēlineāmenta et scrībe sententiās secundum exemplum:



Ea loquitur.



Post duas hōrās, ea
pergit loquī.



LECTIO VII CAELI STATUS ET TABERNAE

2.9.

Nunc, scrībe duās sententiās. Deinde, gestibus ante cēterōs partem age. Condiscipulī tuī quid scrīpseris scīre dēbent.

2.10.

Scrībe parvum textum dē mēse et annī tempore quōs māvis et explānā cūr.

2.11.

Dēscrībe imāgenēs et condiscipulī tuī imāginem invenīre dēbent:



Aemilia Bonum diem!
Pomārius Salvē domina!
Aemilia Quam pulchra haec arantia!
Pomārius Ita sunt.
Aemilia Quot nummīs cōnstant?
Pomārius Ūnus sextārius quadrāgintā nummīs cōnstat.
Aemilia Ergō, duōs sextāriōs volō. Ah, etiam frāga videō. Bona?
Pomārius Valdē bona sunt.
Aemilia Quot nummīs?
Pomārius Ūnus sextarius sexāgintā nummīs.
Aemilia Bene, valdē cāra sunt.
Pomārius Vērum est.
Aemilia Pauca līberīs volō.
Pomārius Quot vīs? Medium sextārium certē?
Aemilia Ita, ita, certē. Etiam velim duōs sextāriōs mālōrum. Illa.
Pomārius Duō sextāriī mālōrum pulchrae fēminae. Aliquid plūs?
Aemilia Nōn. Hoc. Quot nummīs cōnstant omnia ūnā?
Pomārius Igitur arantia septem, frāga vīgintī duō et māla ūndecim. Ergō omnia ūnā sunt quadrāgintā.
Aemilia Quīnquāgintā habeō.
Pomārius Nōlī sollicitārī. Cētera: decem nummī.
Aemilia Grātiās tibi agō. Valē.
Pomārius Valē.

3.1.


Interrogā et respondē:

1. Aemilia tantum arantia vult?
2. Quot nummīs cōnstant arantia?
3. Quot nummīs cōnstant frāga?
4. Suntne cāra? Cūr?
5. Quot frāga Aemilia capit?
6. Quot nummīs cōnstant māla?
7. Quot nummīs cōnstant omnia ūnā?
8. Quot nummī sunt cētera?



LECTIO VII CAELI STATUS ET TABERNAE

Venditor	Quem accipiō nunc, quaesō?
Horātia	Mē. Velim pānem.
Venditor	Quot?
Horātia	Trēs.
Venditor	Trēs pānēs. Quid plūs?
Horātia	Cāseum.
Venditor	Cāseus. Aliquid plūs?
Horātia	Lac.
Venditor	Sānē. Iam satis est?
Horātia	Nihil plūs, grātiās tibi agō.



3.2. Vērum an fālsūm:

1. Horātia pānem vult.
2. Pānem tostum vult.
3. Cāseum Graecum vult.
4. Duōs cāseōs vult.
5. Lac vult.
6. Vīgintī amphorās lactis vult.

Venditor	Salvē, quaesō!
Fēmina	Ita... Velim illum togam quae est ad dexteram mēnsae.
Venditor	Illa quae est iuxtā pallium?
Fēmina	E... Ita.
Venditor	Optimē. Quō magnitudīne ūteris?
Fēmina	Magnā.
Venditor	Albō colōre?
Fēmina	Candidō colōre nōn habēs?
Venditor	Ita, albō, candidō, rubrō et nigrō colōre habeō.
Fēmina	Candidō.
Venditor	Magnā magnitudīne candidō colōre. Expectā paulisper et tecum sum.

Venditor	Quōmodo est toga?
Fēmina	Optimē.
Venditor	Valdē pulchra est in corpore tuō.
Fēmina	Ita. Mihi placet. Valdē mihi placet. Quot nummīs cōnstat?
Venditor	Centum ūndēvīgintī nummīs.
Fēmina	Cāra eh?
Venditor	Est italica.
Fēmina	Mm... certē. Ubi solvere pecūniam possum?
Venditor	Illīc pecūniam solvere potes.
Fēmina	Grātiās tibi agō.

LECTIO VII CAELI STATUS ET TABERNAE

3.3.

Vērum an falsum:

1. Fēmina togam vult.
2. Toga quam vult est ad dexteram mēnsae.
3. Fēmina ūtitur parvā magnitūdine.
4. Togam candidam vult.
5. Toga centum ūndēvīgintī nummīs cōnstat.
6. Toga Hispānica est.

ADIECTIVA ET PRONOMINA INDEFINITA

4

Adiectīva indefinita

affirmātīvus

Sing. ullus/a/um

Plūr. ullī/ae/a

negātīvus

nūllus/a/um

nūllī/ae/a

Prōnōmina indefinita

affirmātīvus

aliquis/qua/quid

aliquī/quae/qua

negātīvus

nūllus/a

nūllī/ae

nihil (**res**)

nēmō (**homō**)

Scītsne **aliquid** linguae Graecae?

Hīc **aliquid** est quod mihi nōn placet.

Nihil est quod mihi displicet.

Cōgnoscisne **aliquem** in hōc oppidō?

Aliquis dē frātre tuō interrogat.

Hīc **nēmō** est.

Cōgnoscisne **ūllum** magistrum linguae Latīnae?

In Hispāniā **aliquī** optimī sunt.

Nūllum librum dē hāc rē habeō.

LECTIO VII CAELI STATUS ET TABERNAE

4.1.

Complē hīs vocābulīs:

nihil • ūllum • ūllam (2) • ūlla (2) • aliquid

- ▷ Salvē! vīs?
- ▶ Ita, velim vidēre rem ut dōnum.
- ▷ Ad virum an fēminam?
- ▶ Ad virum. Habēsne unguentum parvī pretiī?
- ▷ Ita, profectō. Habēmus illīc.
- ▶ Habēsne unguentum quod “Machomen” nōminātur?
- ▷ Nōn, nōn habēmus, sed valdē similia sunt.
- ▶ Bene, hoc sūmō.
- ▷ Optimē, rem plūs vīs?
- ▶ Nōn, grātiās tibi agō. plūs. Quot nummīs cōnstat?
- ▷ 36 sestertiīs cōnstat.

ADIECTIVA ET PRONOMINA DEMONSTRATIVA

5

Adiectīva et prōnōmina demōnstrātīva

	masculīnum	fēminīnum
Singulāris	hic/iste/ille	haec/ista/illa
Plūrālis	hī/istī/illī	hae/istae/illae

Suntne **istī** calceī magnī pretiī?
Hī ita, sed **illī** māiōre pretiī sunt.

Vīsne **istās** tunicās?
Ita, sed nōn **hās**, **illās** volō.


LECTIO VII CAELI STATUS ET TABERNAE

Adiectīva et prōnōmina demōnstrātīva neutra

Hoc/Haec	Quid est hoc ? liber
Istud/Ista	Quid est istud ? tunica
Illud/Illa	Quid est illud ? nāvis

5.1.

Habēmus trēs gregēs rērum in variīs locīs sitī. Tū in orbe es. Quō prōnōmine ūtī potes ut quamque rem mōnstres?



5.2.

Iunge:

- 1 Calceī •
- 2 Margarītae •
- 3 Equus •
- 4 Avis •

- a Eam audiō.
- b Eōs nōn emō.
- c Eās volō.
- d Eum nōn volō.

LECTIO VII CAELI STATUS ET TABERNAE

Prōnōmina objectī directī

	<u>1^a persōna</u>	<u>2^a persōna</u>	<u>3^a persōna</u>	
			<u>fēminīnum</u>	<u>masculīnum</u>
(singulāris)	mē	tē	eam	eum
(Plūrālis)	nōs	vōs	eās	eōs

Cēnam parās? Ita, statim **eam** parō.

Quis tabellās habet? Egō **eās** habeō.

Habēsne currum? Nōn, hodiē **eum** emō.

Vidēsne puerōs? Nōn, **eōs** nōn videō.

5.3.

Hīc multae rēs sunt. Quid est et quem ad finem sunt?



- Ūtimur praepositiōnem **ad + gerundium** cum exprīmere scopum volumus.
- **ad + -andum (1^a), -endum (2^a y 3^a), -iendum (4^a)**
- Ūtimur **quem ad finem?**, sī interrogāmus dē scopō, cōnsiliō, propositō.

LECTIO VII CAELI STATUS ET TABERNAE

Exemplum: **Catīnus ad edendum est.**

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.

LECTIO VII CAELI STATUS ET TABERNAE

NUMERI

6

6.1.

Audī sequentēs numerōs et complē eōs quī absunt:

100	1000
101 et ūnus	2015 et quīnque
200	6000 mīlia
212 et duodecim	15000 mīlia
400	17765 mīlia et
435 et	20000 mīlia
500	100000 mīlia
546 quadrāgintā et	505677
600		
607	sescentī et		
700		
777 et septem		
900		

CONSILIA ET PROPOSITA

1

1.1. Lege hoc colloquium:

Claudius: Audī, quid Sāturnālibus festīs diēbus factūrus es?

Horatia: In convīvium, quod amīcī meī parātūrī sunt, īre putō, et tū?

Claudius: Ego in vīllam parentum meōrum īre volō, sed nesciō an fiērī possit, quia īī hīc manēre mālunt.

Horatia: Familia mea omnēs festōs diēs in vīlla āctūrī sunt, sed ego mānsūra sum quia mihi labōrandum est.

Claudius: Sed a. d. XIV Kalendās Iānuāriās labōrāre dēbēs?

Horatia: Ita, taberna aperienda est usque ad septimam hōram et dominus meus adesse nōn potest quia eī eundum est Pompēiam cum familiā suā.

Claudius: Bene, et tū et ego quandō nōs vīsūrī sumus?

Horatia: Post diēs festōs nōs vidēre possumus, potes?

Claudius: Sānē, tunc in posterum.

1.2. In colloquiō novae formae verbōrum apparent, exemplī grātiā: factūrus es, sed plūrēs sunt, eās quaere et scrībe:

1. _____

9. _____

2. _____

10. _____

3. _____

11. _____

4. _____

12. _____

5. _____

13. _____

6. _____

14. _____

7. _____

15. _____

8. _____

LECTIO VIII CONSILIA ET PROPOSITA

1.3.

Hīs fōrmīs variās rēs exprimimus (dēsīderia, cōnsilia, proposita...) et etiam loquī dē āctīs futūrīs nōbīs permittunt. Lege rursus textum et auxiliō professōris scrībe omnēs sententiās quae tempus futūrum exprimant.

1. _____

3. _____

2. _____

4. _____

Ita est, periphrase **SUPINO + -URUS et verbō ESSE** loquī de cōnsilia et proposita nostra possumus, quia futūrum proximum exprimit; generātim cum sequentibus fōrmīs temporālibus eam comitāmur:

- hōc vesperī
- hāc nocte
- hāc septimānā
- hāc aestāte
- proximā septimānā
- mēnse ineunte
- crās
- ...

Hāc nocte Petrum vīsūrus sum.

Perendiē opus coeptūrī sumus.

Hōc annō currum ēmptūrus es?

Claudia hodiē ventūra nōn est.

1.4.

Fac interrogāta condiscipulō tuō:

1. Ubi hāc nocte cēnātūrus es?

2. Quid hōc vesperī factūrus es?

3. Quō post scholās itūrus es?

4. Quid Sāturnī diē vīsūrus es?

5. Locūtūrus es cum familiā tuā?

6. Vīsūrus es fābulam hōc vesperī?

7. Lectūrus es postea librum?

8. Quō cum hodiē prānsūrus es?

9. Hāc nocte exitūrus es?

10. Quid factūrus es per pausam?

Ut cōnsilium aliquid faciendū in futūrō exprimāmus, aliā fōrmā quam in colloquiō vīdistī utī possumus, **PUTARE + INFINITIVUS**. Spectā:

Lūnae diē in lūdum īre putō.

Possumus dīcere **in lūdum itūrus sum** et, rē vērā, idem exprimimus, sed nunc aliam fōrmam cōgnōscis ad dē cōnsiliīs, propositīs et scopīs loquandum.

1.5.

Hīc habēs id quod Aemilius agit. Omnia nōn plāna sunt, ergō p̄rimū interrogā condiscipulum tuum id quod nōn intellegās.

Veneris diēs

- A 10:00 ad 14:00
Scholae
- A 17:00, ~~thermae~~
- Cēna cum Iūliō

Sāturnī diēs

- Labōrāre in tablīnō
- Prandium cum
familiā
- 22:00, ~~theātrum~~

Sōlis diēs

- Prandium cum
Claudiō
- 21:00 cēna cum
Horatiā

Veneris diēs

- A 10:00 ad 14:00
Scholae
- A 17:00, ~~thermae~~
- Cēna cum Iūliō

Sāturnī diēs

- Labōrāre in tablīnō
- Prandium cum
familiā
- 22:00, ~~theātrum~~

Sōlis diēs

- Prandium cum
Claudiō
- 21:00 ~~cēna cum~~

1.6.

Et nunc , quin nārrās id quod Aemilius factūrus est proximā septimānā?

NECESSITAS
SUGGERERE ET MONERE

2

Spectā dēnuō id quod Aemilius factūrus est. Potestne Aemilius cēnāre cum Horatiā Veneris diē?

Ut respondeās interrogātō **potest + infinitivus** explānandō respōnsum ūtimur fōrmīs sicut: nōn, nōn potest quia... Spectā:

Nōn, Veneris diē decimā hōrā eī cum lūliō cēnandum est.

Ūtimur fōrmā **DAT. + -NDUM + ESSE** ut necessitātem exprimāmus vel aliquid moneāmus. Memorā exempla quae in colloquiō prīmō apparuērunt:

Mānsūrus sum quia mihi labōrandum est.

Dominus meus adesse nōn potest quia eī eundum est Pompēiam.

Etiam ūtimur fōrmā **DEBERE + INFINITIVO**.

Studēre dēbeō, sed nōn mihi placet.

Edere minus dēbēmus.

2.1.

Nunc, spectandō id quod Aemilius factūrus est, respondē haec interrogāta:

1. Potestne exīre Sātūrnī diē nocte?

2. Potestne lūdere Sōlis diē māne?

3. Potestne emere Veneris diē māne?

4. Potestne vidēre parentēs suōs Sātūrnī diē nocte?

5. Potestne īre in thermās Sōlis diē māne?

2.2.

Scrībe, tribus fōrmīs necessitātis ūtendō, quid necesse sit ad...:

Ad multam pecūniam faciendam.

Ad linguam optimē discendam.

Ad amōrem citō oblīvīscendum.

Ad opus bonum cōsequendum.

NON, NON ET NON

3

(Horatia et Claudius amīcī et īrātī sunt. Horatia cum amīcā Cornēliā colloquitur)

Horatia: Claudius stultus est!

Cornēlia: Bene, bene, id nōn crēdō. Cēterum, valdē tē amat. Tibi cum eō colloquendum est.

Horatia: Minimē! Eum vidēre nōlō.



(Mārcus et Quīntus frātrēs sunt. Mārcus semper pecūniam ā Quīntō poscit. Quīntus fessus est)

Quīntus: Quid vīs nunc?

Mārcus: Nihil... exitūrus sum cum amīcīs neque pecūniam habēō.

Quīntus: Tū ut semper. Numquam pecūniam habēs! Ergō nihil tibi datūrus sum.

Mārcus: Age! Tantum decem sēstertiōs mihi dā.

Quīntus: Minimē!

(Iūlia perterrita memorat postrēmum iter)

Māter: Quālis iter fuit, fīlia?

Iūlia: Fu!, pessimum, terribile. Rursus iter facere numquam volō!





(Domī aviae)

Avia: Vīsne aliquid edere?

Nepōs: Nōn, grātiās tibi agō, avia. Nōn ēsuriō.

Avia: Nihil edis, fili. Rēvērā nōn ēsuris?

Nepōs: Minimē, avia. Nihil quidem.

(Philippus prīmā vice ientat cum familiā Rōmānā)

Māter: Philippe, age, ientā!

Philippus: Uahhhh! Salvē, bonum diem!

Māter: Vīsne lac?

Philippus: Nōn, grātiās tibi agō.

Māter: Sānē! pānem māvīs.

Philippus: Oh, nōn, doleō. Neque lac neque pānis mihi placent.

Māter: Ō deī!



• **Cum sententiam dīcere volumus, dīcere possumus:**

(Ego) **crēdō/ cēseō**
Mihi,
 (Mihi) **vidētur**
Meā sententiā,

Exemplum: Mihi linguās cōgnōscere optimum est.

• **Cum sententiam petere volumus:**

Tū quid cēnsēs?
Quae est tua sententia dē...?
Quid tibi vidētur/videntur...?

Ad sententiam exprimendam, verbum **vidērī** extruitur ut verbum **placēre**.

(Mihi) vidētur optima opīniō.
 (Tibi) vidētur bene in theātrum īre.
 (Eī) videntur sententiae suae optimae.

(Nōbīs) Optimum nōbīs vidētur.
 (Vōbīs) Pessimum vōbīs vidētur.
 (Eīs) Pessimum eīs vidētur.

4.1.

Hīc varia adiectīva habēs. Scrībe in alterā tabulā ea quae bona tibi videntur et in alterā tabulā ea quae mala tibi videntur. Deinde, scrībe tria adiectīva plūs in quāque tabulā.

violentus • phantasticus • bonus • stupendus • īnsulsus • strīdēns • sapidus • fātālis
 vīvidus • exōticus • commodus • horribilis • idōneus • malus • logicus • absurdus
 oblectātōrius • iūcundus • excellēns • taediōsus • benignus

MALA**BONA**

EPISTULAE

5

5.1.

Lege hanc epistolam Cicerōnis ad uxōrem Terentiam et filiā Tuliam:

Sī vōs valētis, nōs valēmus. Iam est vestrum cōsiliū, nōn solum meum id quod vōbīs faciendum est. Sī Caesar Rōmam modestē ventūrus est, rēctē in praesentiā domī esse potestis; sī autem homō insānus dīripiendam urbem datūrus est, timeō quia fortasse Dolabella nōbīs auxiliū dare nōn potest et iam interclūdī potestis et, sī exīre vultis, nōn poteritis. Cēterum vōbīs optimē cōsiderandum est, sī sunt Rōmae fēminae similēs; sī enim nōn sunt, vōbīs honōrem vestrum videndum est. Etiam vōbīs timendum est quia fortasse brevī tempore famēs in urbe erit. Cūrāte ut valeātis.

in praesentiā: “de momento”

dīripiendam: “saqueada”

poteritis: “podreis”

erit: “habrá”

LECTIO VIII CONSILIA ET PROPOSITA

Ut sententiās in epistolā exprimemus, sequentēs iūctūrās habēmus:

1. Prīmum omnium, ...
Ante omnia, ...
Ex ūnā parte, ...
2. Cēterum, ...
Praetereā, ...
Etiam, ...
3. Prīmum, ...
Ex aliā parte, ...
4. Sed, ...
5. Postrēmō, ...
Tandem, ...
Ad extrēmum, ...
Dēnique, ...

MEMORA:

• Cum sententiam petere volumus:

Quid crēdis?
Quid tibi vidētur?
Quid putās?
Quid dīcis?


• Cum cōsēnsū aut dissensiōnem exprimere volumus:

(Ego) assentior (dissentiō) cum lūliō/sententiā/hōc, quia ...
Ita, scilicet, sed ...
Rēctē dīcis, sed ...
Bene, sed ...

LUCRETIA ET MUNDUS SUUS

1

1.1. Lucretia trīgintā et quīnque annōs habet, extrā domum labōrat et extrā urbem in magnā domō habitat. Vītae fluxus eius valdē effrenātus est. Hodiē Iovis diēs nocte est et fessissima est. Dēlīnēamenta spectā et id quod hodiē fēcit nōtā:



- | | |
|--|---|
| <input type="checkbox"/> 1. Mātūrissimē surrexit. | <input type="checkbox"/> 8. Mātrēm suam vīdit et ēdērunt. |
| <input type="checkbox"/> 2. In lūdō filiū suū reliquit. | <input type="checkbox"/> 9. In lūdum filiū suū serō pervēnit. |
| <input type="checkbox"/> 3. Cum amīcīs ientāvit. | <input type="checkbox"/> 10. In urbem raedā iit. |
| <input type="checkbox"/> 4. Epistulam amīcī suī aperuit. | <input type="checkbox"/> 11. Cēnam fēcit. |
| <input type="checkbox"/> 5. Librum lēgit. | <input type="checkbox"/> 12. Puerum recubuit. |
| <input type="checkbox"/> 6. Multum labōrāvit. | <input type="checkbox"/> 13. Cum amīcīs cēnātum exiit. |
| <input type="checkbox"/> 7. Concilium habuit. | |

1.2. Sententiae quās nōtāvistī pertinent ad...

Praesēs

Futūrum

Praeteritum

1.3.

Hoc tempus Praeteritum Perfectum vocātur et ad praeteritum pertinet. Scīsne quōmodo exstruitur? Tabulam bene spectā et eam complē:

Praeteritum Perfectum

	<u>-ĀRE</u>	<u>-ĒRE</u>	<u>-ERE</u>	<u>-ĪRE</u>
Ego	labōrāvī	habuī	scrīpsī	audīvī
Tū	<input type="text"/>	<input type="text"/>	scrīpsistī	audīvistī
Is/Ea	labōravit	<input type="text"/>	<input type="text"/>	<input type="text"/>
Nōs	<input type="text"/>	habuīmus	<input type="text"/>	<input type="text"/>
Vōs	labōravistis	<input type="text"/>	<input type="text"/>	audīvistis
Iī/Eae	<input type="text"/>	habuērunt	<input type="text"/>	<input type="text"/>

- Tantum nōbīs dēest participium. Participium ex themā supīnī exstruitur, spectā:

amō, amāvī, amātum	>	amātus, amāta, amātum
habeō, habuī, habutum	>	habitus, habita, habitum
scrībō, scrīpsī, scrīptum	>	scrīptus, scrīpta, scrīptum
audiō, audīvī, audītum	>	audītus, audīta, audītum

1.4.

Spectā praeterita et participia ūsitātissima in linguā Latīnā:

	Praeteritum	Participium		Praeteritum	Participium
Aperīre	aperuī	apertus	Redīre	rediī	reditus
Solvere	solvī	solūtus	Invenīre	invēnī	inventus
Ponere	posuī	positus	Scrībēre	scrīpsī	scrīptus
Facere	fēcī	factus	Dīcere	dīxī	dīctus
Operīre	operuī	opertus	Vidēre	vīdī	visus
Rumpere	rūpī	ruptus	Claudere	clausī	clausus

- Praeteritō Perfectō ūtimur ad:

- Hodiē diēs horribilis fuit.
- Hodiē māne in Cūriam iī.
- Hōc vesperī lūlium vīdī.
- Hāc aestāte in Hispāniā fuī.
- Hāc septimānā in theātrum nōn iī.
- Hōc annō fēriās nōn habuī.
- Hōc mēnse multum labōrāvīmus.
- Hodiē Aemilia mē vocāvit.
- Māne frīgidum fuit.
- Nūper vēnī.

1.5.

Cogitā dē quattuor rēbus quae cotīdiē agis, sed hodiē nōn ēgistī et ea scrībe:

1.6.

Quin vidēs omnia quae hāc septimānā fēcistī et ea in epistolā amīcō tuō nārrās?

1.7.

Condiscipulō tuō nārrā quālis diēs fuerit, id quod fēcistī et quod nōndum fēcistī sed facere dēbēs:

EXPERIENTIA, SCIENTIAE MATER

2

● Praeteritō Perfectō ūtimur cum sequentibus adverbīs: iam ● nōndum

- Scrīpsistīne epistolam?
- Ita, iam eam scrīpsī.
- Pervēnitne Mārcus?
- Nōn, nōndum pervēnit.
- Ēdistis bene?
- Nōn, nōndum ēdīmus.
- Lēgistī hunc librum?
- Nōn, eum nōn lēgī.
- Natāvistī aliquandō?
- Nōn, numquam natāvī.

2.1.

Scrībe trēs rēs quae semper agere somniāvistī et iam ēgistī et aliās rēs quae nōndum agere potuistī. Deinde, condiscipulō tuō ea nārrā et scrībe respōnsa eius.

Exemplum: Iam Vesuvium ascendī, sed nōndum Rōmam vīsītāvī.

2.2.

Nunc cogitā dē eō quod hunc mēsem ēgistī et respondē; aliquandō, numquam, adhūc, nōndum... ūtī dēbēs.

1. Lēgistīne ūllum librum?
2. Ēmistīne aliquid ad domum?
3. Fēcistīne ūllum iter?
4. Vīdistīne ūllam fābulam?
5. Cōgnōvistīne aliquem idoneum?
6. Dīxistīne ūllum mendācium?
7. Ēgistīne aliquid ingeniōsum?
8. Inebriāvistīne?
9. Fuiistīne aliquō irātus?
10. Scrīpsistīne ūllam epistulam?

Adiectīva et prōnōmina indēfīnīta.

Aliquis

- Aliquis mē vocāvit?

Nēmō

- Nōn, nēmō tē vocāvit.

ūllus, -a, -um, -ī, -ae, -a

- Tibi necesse est ūllus liber?

Nūllus, -a, -um, -ī, -ae, -a

- Nōn, mihi necesse est nūllus liber.

Aliquid

- Vīsne aliquid?

Nihil

- Nōn, nihil volō.

ACTA DIURNA
3

3.1.

Acta diurna factūrī sumus. Cogitā cum condiscipulīs tuīs dē eō quod in oppidō tuō, in lūdō tuō, in orbe terrārum factus est.

Hōc annō...

Hōc mēse...

Hāc septimānā...

Hodiē...

3.2.

Lege hunc nūntium:

Censebat illam esse amorem...at erat robot!



Fertur Pygmalion sua arte dedisse vitam statuae puellae quam amabat. Item etiam hodie ars et scientia miscentur ad creanda robota, quae magis magisque similia sunt hominis veri. Ricky Ma, exempli causa, graphicus oriundus Hongkonio, in

duodeviginti mensibus, valuit efficere magnificum robot cum vultu artificis scaenicae Scarlett Johansson, quam secreto amabat.

Haec singularis “pupa mechanica” est alta tamquam muliercula; longi capilli flavi, oculi nigelli et cutes cummea ei sunt. Potest efficere agitationes simplices brachiis et cruribus et in suo vultu possumus agnoscere varios motus. Potest interea aperire et claudere oculos, et si quis ei dicat “Es pulcherrima !”, subridet et respondet “Eheh, tibi reddo gratias!”



3.3.

Nunc respondē interrogāta:

1. Quid factum est?
2. Quī sunt actōrēs?
3. Ubi res facta est?
4. Quandō factum est?

PYGMALIONIS FABULA

Pygmalion vir Graecus fuit, quī magnam pecūniam, multōs amīcōs, multōs servōs habēbat. Fēminās vērō, quās superbās esse putābat, nullās amābat.

Pygmalion arte suā multās rēs mīrābilēs cōnfēcit, quās plūrimī hominēs valdē admīrābantur. Cotīdiē enim pulcherrima signa ex marmore faciēbat, quae tamen ōn signa, sed hominēs vīvī esse vidēbantur.

Saepe Pygmalion cīvēs in tabernam suam vocābat et pulcherrima illa signa ostendēbat: “Venīte ad spectandum” dīcēbat, “virī et fēminae: pulchra haec signa aspiciete: admīrāminī membra, manūs, pedēs, brachia, crūra, colla, ōra, quae artem meam vōbīs dēmōnstrant: nam arte meā nātūram ipsam imitātus sum, quae vīvere meīs in signīs vidētur.”

Virī Graecī et fēminae Graecae ad Pygmalionis tabernam accedēbant et cupidissimī erant signa spectandī, quōrum pulchritūdinem omnī modō laudābant: “Ō Pygmalion” dīcēbant, “quam pulchra haec signa sunt! Nātūram enim nōn solum imitātus es, sed etiam superāvistī!” Omnēs dēlectābantur spectandō illa signa, mīrabilia exempla novissimae artis.

Tandem Pygmalion fōrmōsissimae puellae signum cōnfēcit, quae aureum capillum, caeruleōs oculōs, rubra labra habēbat. Cuius signī amōre captus, Pygmalion miserrimus factus erat et nocte pessimē dormiēbat: dolēbat enim signum, quamquam vēra atque pulcherrima puella esse vidēbātur, nōn vīvere, neque sibi respondēre amōrem suum.

Cotīdiē itaque Pygmalion, quī cupidus erat eam puellam vīvam aspiciendī, deōrum templa adīre solēbat ad sacrificandum et deōs deāsque ōrābat: spērābat enim flendō sē deōrum animōs mollīre posse; neque enim quisquam, nisi deus, illī signō vītam dare poterat.

Ōlim, postquam domum rediit, in cubiculum intrāvit, ubi pulcherrimum illud puellae signum posuit. Nullum tamen signum vīdit! Aliquem igitur illud abstulisse putāvit, atque cōnsēdit et diū flēvit. Subitō tamen fōrmōsissima fēmina ad eum accessit, quae aureōs capillōs, caeruleōs oculōs, labra rubra habēbat; quae Pygmalionī quī ex sellā suā surgēbat, “Nōn iam signum” inquit, “sed puella vēra sum.” Pygmalion tersit lacrimās et laetissimus puellam complexus ōsculātus est. Post brevissimum vērō tempus eam puellam uxōrem dūxit.

3.4.

Cogitā dē nūntiō exercitiī 3.1. et scrībe nūntium quī sequentia interrogāta respondeat:

Quid factum est?

Quī actōrēs sunt?

Ubi res facta est?




Quandō factum est?

IMPERA?!

1

1.1.

Cum condiscipulō tuō iunge imāginēs cum sententiīs:



1. Nōlī violentus esse.
2. Nōlī dīcere verba improba.
3. Bene ēducātus es, nōlī interpellāre.
4. Nōlī sordidāre.
5. Acriter labōrā.

6. Attende.
7. Cūrā rēs tuās.
8. Promptus es.
9. Auxilium pete.

	-ĀRE	-ĒRE	-ERE	-ĪRE
TŪ	-ā	-ē	-e	-ī
VŌS	-āte	-ēte	-ite	-īte

Audīre audī / audīte
 Exīre exī / exīte
 Venīre venī / venīte
 Pōnere pōne / ponite
 Facere fac / facite
 Dīcere dīc / dīcite

1.2.

Complē tabulam verbīs:

audīte • fac • facite • exī • venīte • īte • pōne • habēte • dīc • dīcite • ī

	<u>facere</u>	<u>exīre</u>	<u>pōnere</u>	<u>habēre</u>	<u>īre</u>	<u>venīre</u>	<u>dīcere</u>	<u>audīre</u>
Tū				habē		venī		audī
Vōs		exīte	pōnite					

1.3.

Scrībe fōrmam rēctam imperātīvī:

	Tū	Vōs
Emere pānem	eme	emite
1. Legere librum		
2. Hūc venīre		
3. Verbīs studēre		
4. Baculum sūmere		
5. Dextrōrsūm vertere		
6. Mūsicam audīre		
7. Iānuam pulsāre		
8. Fenestram claudere		
9. Domum mundāre		
10. Auxilium petere		
11. Nummōs numerāre		

1.4. Iunge:

- 1 Licet mihi intrāre? •
- 2 Mihi permittis librō tuō
ūti? •
- 3 Licet hīc edere? •

- a Nōn, is mihi necesse est.
- b Ita, sānē, intrā.
- c Nōn, hīc nōn licet.

METHODUS LINGUAE LATINAE

SEQUERE ME

VESTIBULUM

IN SEX GRADIBUS

A1 Vestibulum

B1

Ianua

C1

Odeum

A2 Limen

B2

Atrium

C2

Adytum



ACADEMIA
STUDIA
HUMANITATIS